109–107

# Indice

# IN MIRACVLOSO ADVENTV

## DEIPARÆ VIRGINIS VIVENTIS

COELESTIALI ANGELORVM EXERCITV,

Ipsiusque Imaginis Cœlestialis, et Erectionis eiusdem Templi ab Apostolo IACOBO Diuino præcepto, sub titulo Columnæ, vulgò *del Pilar*, in Ciuitate Cæsaraugustæ, totiusque Coronæ Regnorum Capitis constructi,

*Pro dictorum Regnorum, & Hispaniarum Protectione, & misterij Sanctissima Conceptionis intuitu.*

# PANEGIRICVM

DOCTISSIMI

## D. IO: CHRISTOPHORI DE SVELBES

CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI ARAGONENSIS

## CVM OBSERVATIONIBVS

## D. D. IOANNIS CHRYSOSTOMI DE VARGAS MACHVCA

De Consilio Suæ Maiestatis Catholicæ, olim in Curia Iustitiæ Aragoniæ Locumtenentis, & in Sardiniæ Cancellaria electi Consiliarij, & in Maioricarum Regno Regij Fiscalis, nùnc in S.C. Sup. Capuano Consiliarij, & in vna ex illius Aula Decani, & Capi[illegible]



NEAPOLI, Typis Ægidij Longo Tipographi Regiæ Curiæ 1676.

*Superiorum Licentia.*

# IN MIRACVLOSO ADVENTV

## DEIPARÆ VIRGINIS VIVENTIS

COELESTIALI ANGELORVM EXERCITV,

Ipsiusque Imaginis Cælestialis, et Erectionis eiusdem Templi ab Apostolo IACOBO Diuino precepto, sub titulo Columnæ, vulgò del Pilar, in Ciuitate Cæsaraugustæ, totiusque Coronæ Regnorum Capitis constructi,

*Pro dictorum Regnorum, & Hispaniarum Protectione, & [illegible] Sanctissimæ Conceptionis intuitu.*

# PANEGIRICVM

DOCTISSIMI

## D. IO: CHRISTOPHORI DE SVELBES

CELEBERRIMI IVRISCONSVLTI ARAGONENSIS

CVM OBSERVATIONIBVS

## D.D. IOANNIS CHRYSOSTOMI DE VARGAS MACHVCA

De Consilio Suæ Maiestatis Catholicæ, olim in Curia Iustitiæ Aragoniæ Locumtenentis, & in Sardiniæ Cancellaria electi Consiliarij, & in Maioricarum Regno Regij Fiscalis, nùnc in S.C. Sup. Capuano Consiliarij, & in vna ex illius Aula Decani, & Ca[illegible]

NEAPOLI, Typis Ægidij Longo Tipographi Regiæ Curiæ 167[illegible].

Superiorum Licentia.

# ELOGIA MIRACVLOSÆ MARIÆ Sacratiſſimæ del PILAR Regni Aragoniæ, eiuſque Angelici,& Apoſtolici Templi Ciuitatis Cæſarauguſtæ.

## *I.C. IOANNES CHRYSTOPHORVS DE SVELVES.*

1 O Sacra COLVMNA. Si in deſerto Hæbrei ducebantur noctu Columna ignis in terram promiſſam, *Exodi.* 13. COLVMNA tua, Domina noſtra, in hoc deſerto, ac mundi obſcuritate ad cœlum promiſum nos inducit, ne dicam perducit, *fidei firmitate*. Et dixit *D. Laurentius Iuſtinianus, de ligno vitæ, de fide cap.* 5. *Eſt etiam viua, fida, & ſalutaris COLVMNA, deducens per deſertum mundi huius, oſtendens, ipſum eſſe plenum malitia, vbi ſunt omnia vitioſa.* Et retulit *Nouarin.lib.4.ſchediaſm.cap.22.nu.*104.

2 Et ſi Salomon ante faciem Templi duas poſuit columnas, 3. *Regum* 7. & vti obſeruant *Vatablus ibi*, & *Franc.Ribera lib.2. de templo, cap.* 14. vocauit eam, quæ à dexteris erat, *Iachin*, ideſt, *directio*, & aliam, *Boos*, nempè, *fortitudo*, coronaſque illis impoſuit, iuxtà *Cornel.à Lapide 1.ad Timoth.3.nu.*128. In hac COLVMNA, coronata à Virgine, ambæ res prædictæ includuntur; Directio nimirum ad cœlum, & fortitudo in fide; eſt enim NON PLVS VLTRA Chriſticolarum Hiſpaniæ.

3 Et ſi Iacob, *Geneſ.*28. vidit inſomnis ſcalam, cumque euigilaſſet, dixit: *Non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cæli. Et ſurgens mane tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, ET EREXIT IN TITVLVM*. Sic noſter Iacobus, cum Virgo Sanctiſſima, adhuc viuens, noctu apparuiſſet ei, ſtatim exequitur, quod illi à Domina iuſum fuerat, columnam accipiens, Eccleſiamque ædificans, illam Cathedralis titulo decorando. Concinit mirificè *Liranus* eo loci. *Ideſt, ſignum rei præteritæ, ſcilicèt Diuinæ reuelationis ſibi factæ ibidem: & ſignum rei futuræ, ſcilicèt fundationis Templi.*

4 In *cap.6. Danielis*, poſuerunt eum in lacu leonum; *Allatuſque eſt lapis vnus, & poſitus eſt ſuper os laci, quem obſignauit Rex annulio ſuo, & annullo optimatum ſuorum, ne quid fieret contrà Danielem*. Leones verò illum offendere auſi non ſunt.

5 In hoc mundano lacu, vbi Demon, *tanquam leo rugiens circuit quærens, quem deuoret, Petri canon*. Lapidem habemus ſigilio virginali Mariæ, Iacobi proceris, ac optimatum diſcipulorum ſuorum, ad quem ſi confugiamus, ſecuritatem nobis poſſumus polliceri.

6 Et de Alectore lapide tradit *Solinus cap.*4. chryſtallina ſpecie aptum eſſe prælliantibus; En lapidem Chryſtallinum Mariæ, vt in prælio aduerſus animæ hoſtes nos tueatur.

7 Obſeſi ore dixit Demon: Inimica mea columnæ deſtruit me, cum fides Cęſarauguſtæ frangi nequeat. Alludat matri, quod dicitur de filio *Pſalm.* 109. *Conquaſſabit capita in terra multorum*. Ideſt: *Capita* demonum. *In terra multorum*: innumerabilium martyrum.

8 Hiſpania tota, ac præcipuè nos Celtiberi, dicamus Virgini, quod Deo *Dauid. Pſalm.60. A finibus terræ ad te clamaui: dùm anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me*. Pondera, *à finibus terræ*, cum, *non plus vltrà*, Regionis huius Occidentalis. Herculis.

9 Dixit Saluator de ſe, *Ioann.*3. *Sicut Moyſes exaltauit ſerpentem in deſerto, ità exaltari oportet filium hominis*. Et *Andræas Mediolanenſis*, ait, *de excell. dign. Virgin.* Poſitum fuiſſe ſupra Columnam, Virginis præfiguram. Et addit. *Tu columna, cui ad ſanandum populum ſerpens poſitus eſt in heremo.*

10 *Canticor.c.*5. loquens de ſponſo ait ſponſa. *Crura illius columnæ marmoreæ*. Scitiſſimum eſt, femur fortitudinis, ac firmitatis ſimbolum eſſe: iuxtà *Pſalm.* 44. *Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſimè*. Sic fidei noſtræ ſtabilitas in duabus columnis conſiſtit. De vniuerſali, Romæ, cum D. Petro, & ſuis ſucceſſoribus; *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, Matth.* 16. De Hiſpania verò in columna Cæſarauguſtæ. Expendaturque verbum, *meam*: Quia ſibi Petri petram elegit: at matri ſuæ columnam Cæſarauguſtæ.

11 Columna, in qua Chriſtus Dominus flagellatus fuit, marmorea erat, iuxtà *Beda*, refertque *Lapide ad cap.27. Matth. verſ.* 26. *pag.* 515. Columna Cæſarauguſtæ etiam marmorea eſt, vt Breuiaria teſtantur, Hiſtoriographi ſcribunt, ſententiæ iudicant,

ac viſus percepit (etſi ſit marmor diſcolor) In eaque experimur gratijs, ac miraculis merita alterius. Sed quid mirum? cum non pauci credant, eſſe portionem illius, vt ait *Lucius Dexter in Chron. anno 52.*

12 Stella, quæ Magos antecedebat, fuit tanquam columna ignis, & nubis, ex ſententia *DD. Chryſoſtomi, Fulgentij, Baſilij, Thomæ Aquin.* refert *Lapide c. 2. Matth.* Typus eſt noſtræ Virginis: Cum columna ſit, & ſtella. Vndè dixit *Lapide. Rurſum ſtella maris, &c. Vndè nomen eius eſt* Maria, *ideſt, doctrix, ſiue magiſtra, & ductrix maris. Aſpice ſtellam, inuoca* Mariam, *ait S. Bernardus. Hinc & Eccleſia eam inuocat dicens, Aue maris ſtella, Dei mater alma.*

13 Refert *S. Petr. Damianus lib. 2. epiſt. 18.* Quod in quodam Orientis monte lapides ſunt igniferi, qui maſculus, & fœmina nuncupantur, & ſi ſe contingant, ignem emittunt, ità vt mons totus comburatur; In hac columna filium, eiuſque matrem habemus, illum in brachio habentem, vt corda noſtra in Dei amorem inflamentur.

14 De columnis Caryſtijs marmoreis dixit *Strabo*, retulitque *Crinitus lib. 3. de honeſt. diſcipl. cap. 11.* netiles, atque textiles eſſe; Quin ex ipſis mantilia contexi, atque abſolui; quæ ſi fortè contraxerint ſordes, & in ignem deferantur, facilè quidem emundari, atque omnes maculas tolli; ac ſi in lauacro fuerint. O columna Cæſarauguſtana, in qua Chriſtiani Aſylum in neceſſitatibus habemus, à ſordibuſque peccatorum, te mediatrice, purgamur, ſi deuotionis feruore, ac igne charitatis ad te accedamus. Et ſi *chariſtia*, idem eſt, quod *gratia*, vndè conuiuium ſolemne Romanorum, vbi cognati, & affines à iurgijs conciliabantur, ſic appellabatur, ex *Val. Max. lib. 2. c. 1.* Et Eucariſtia, ſic dicitur, ideſt, *bona gratia. c. multi 85. verſ. Sunt autem 1. q. 1.* rationeſque adducit *Sabagun de eucbariſt. à nu. 6.* Meritò noſtram columnam *Caryſtiam* dicimus, cùm ſit columna gratiæ, ac Matris illius.

15 *Demoſthenes oration. 3. in Philipp. D. Gregor. Nazianzenus oration. 2. in Iulian.* vbi *Elias* ſcoliaſtes, & retulit *Nouarin. lib. 8 ſchediaſm. c. 12. nu. 60.* afferunt, olim conſuetudinem fuiſſe, in columnis grauia facinora, ac delicta, vel optima geſta ſculpere, vt memoria maneret. In hac columna, manſit Virginis imago ad perpetuam rei geſtæ memoriam; & crimina delentur filij pretioſo ſanguine, ſi veniam dignè poſtulemus.

16 De Diuo Ioanne Baptiſta dixit *D. Laurentius Iuſtinianus (ex Nouarino ad cap. 11. Matth. nu. 657.) Non fuit arundo Ioannes: ſed columna immobilis.* Quid dicemus de hac, in qua Virgo voluit venerari vſque ad finem ſeculi?

17 Cum Paulus Rhegium appuliſſet, ſilentiumque tantiſper popoſciſſet, donec exigua candela columnæ affixa, cui naues in portu alligabantur, abſumeretur, Paulo concionem protrahente, factum diuinitus eſt, columna ipſa candelæ vices ſubiret, & arderet: quo miraculo Rhegienſes ad Chriſti fidem conuerſi ſunt, quin & ægris ſanitatem columnę puluis hauſtus conferebat, teſte *Nouarin. Schediaſm. lib. 11. c. 11. nu. 86.* Si in hac columna affectus noſtros poſuerimus, etſi deficiant, ipſa ardebit: Et ſuo tactu nos curabit.

18 Himnus, quem Eccleſia Regienſis canit gentium magiſtro Paulo, congruit Iacobo Hiſpaniarum concionatori, qui ædificauit ſacroſanctam Eccleſiam *del Pilar*, & columnæ, vbi ſtat Virgo, ſalutatione.

*Aue COLVMNA nobilis,*
*electro, & auro ditior,*
*illaque Moſis ignea*
*COLVMNA fortunatior.*
*Quod ore Paulus prædicat,*
*te fulgurante comprobat,*
*te conflagrante Rhegium.*
*Chriſti fidem complectitur.*
*Te palma tangens languida*
*ſenſit medelam cœlicam.*
*Hauſtuſque puluis illico*
*ægregis ſalutem contulit.*

19 Colophonem addat *c. 24. Eccleſiaſtici*, in verbis ſequentibus: quæ licet ad literam de Diuino Verbo, ac illius ſapientia omnes intelligant: ſancta Eccleſia ea B. Virgini accomodat. *Ab initio, & ante ſæcula creata ſum, & vſque ad futurum ſæculum non deſinam: & in habitatione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic in Sion firmata ſum, & in Ciuitate ſanctificata ſimilitèr requieui, & in Hieruſalem poteſtas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.* Et ſunt appoſitiſſima Virgini *del Pilar*, præcipuè ſi cum *Lira* paraphraſim faciamus ſic.

20 Ab initio, & ante ſæcula creata ſum. *Præuiſa creari.* Conceptio illius.

21 Et vſque ad futurum ſæculum non deſinam. *Ideſt, æternalitèr perſiſtam.* Obtulit enim D. Iacobo in hac aſſiſtere Ciuitate vſque ad finem ſæculi.

22 Et in habitatione ſancta. *In mentibus Sanctorum.* Fidelium, ac deuotorum.

23 Coram ipſo miniſtraui. *Miniſtrare feci per Aaron, & alios ſacerdotes bonos.* Hic per D. Iacobum, ac illius diſcipulos, & continuas Sacerdotum miſſas in Sacra Capella.

24 Et ſic in Sion firmata ſum. *Ideſt, per ædi-*

*ficationem Templi, quia in eo monte ædificatum est,* 3. *Reg.* 6. Hic dedicatur Ecclesia à Iacobo Virgini.

25 Et in Ciuitate sanctificata similitèr requieui. *Idest, Hierusalem ad diuinum cultum electa.* Hic Cæsaraugusta, in cultu nulli secunda:Et concinit *Marcus Maximus in hymno,*dùm ait Ecclesiam *del Pilar* vocari Hierusalem.

*Quæ diceris plus omnibus*
*Sacris Iberis sedibus,*
*Hierusalem mirabilis,*
*Domus pudicæ Virginis.*

26 Requieui. *Per specialem habitationem, eo quod vigebat ibi cultus Dei.* In Cæsaraugusta, in qua Virgo velut speciale domicilium sibi constituit vsque ad mundi exitum.

27 Et in Hierusalem potestas mea. *Quia fuit facta Ciuitas Metropolis, & Regia.* Cæsaraugusta nonnè Ciuitas Regia, imò Imperatrix, Metropolis, totque Regnorum caput, & coronarum corona?

28 Et radicaui. *Idest dona mea firmius stabiliui.* In hac Ecclesia peculiara dona, ac miracula à Deo, media Virgine, impetrantur, eaque continuo.

29 In populo honorificato. *Idest, populo Israel.* Et allegat *Deuther.* 4. *Quæ enim alia gens sic inclyta?* Et *Psalm.* 147. *Non fecit taliter omni nationi.* Hic in Aragonia, & Cæsaraugusta. Audi. S. Ecclesia applicat B. Virgini, in festo suæ Assumptionis verba, quæ protulit Christus Magdalenæ *Lucæ* 10. *in fine, Maria autem optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* Et ego accõmodo Virgini del Pilar. Quia *optimam partem elegit*: hoc est,Cæsaraugustam. *Quæ non auferetur ab ea.* Idest, *quæ,* ad Virginem referatur,*ea* ad partem:hoc est: vt Virgo, quæ elegit Cæsaraugustam, ab ea nunquam auferatur, sed semper in ea ad tutamen maneat. Et sicùt Christus, *Lucæ* 22. promisit Petro. *Vt ne deficiat fides tua,* ad totam Ecclesiam: Sic Virgo Iacobo circa Cæsaraugustam eandem sponsionem fecit.

30 Et in partes Dei mei hæreditas illius. *Scilicèt populi honorificati, apud me, vel apud patrem.* Populus hic Cæsaraugusta.

31 Hæreditas illius. *Idest, beatitudo populi honorificati.* Cæsaraugusta.

32 Et in plenitudine Sanctorum. *Idest, in Congregatione eorum.* Nempè innumerabilium Martyrum, aliorumque Sanctorum Cæsaraugustæ.

33 Detentio mea. *Idest mansio per gratiam.* Mirabilia experimur: & ego experiar Domina mea. Amen.

OB-

# OBSERVATIONES AD ELOGIA PRÆDICTA.

*Ad num.* 1.

VT perfectam panegirici prædicti notitiam capiant exteri à Regno Aragoniæ, necessarium duxi, expēdere historiam Cappellæ Apostolicæ, & Angelicæ, seù Basilicæ Sanctissimæ Mariæ Maioris Cæsaraugustæ Pilaris, quę lūminare maius est, in quo Virgo Deipara posuit tabernaculum suū, vt de sponso canit *Dauid psalm.* 18. ibi: *In Sole posuit tabernaculum suum*; est enim omnium Ciuitatum, & Ecclesiarum, Ecclesia Cæsaraugustæ Imperatrix, & corona coronarum, & est, *Non plus vltra*, Columna hæc cognominata vulgaritèr *Virgen del Pilar*, cuius Templi origo talis est.

## INCIPIT HISTORIA.

POst passionem, & resurrectionem Saluatoris Domini Nostri Iesu Christi, ac ipsius in Cœlum aureo volatu ascensum, remansit Pijssima Virgo, Virgini cōmissa Ioanni. Crescente verò discipulorum numero in Iudæa, ad Apostolorum prædicationem, & signa fremuerunt quorundam corda Iudæorum perfida, magnam aduersus Christi Ecclesiam, persecutionem fæuissimam commouendo, lapidantes Stephanum, diuersosq; nihilominùs trucidando. Proptereà dixerunt ad eos Apostoli: Vobis quidem primum oportebat prædicare Verbum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ; ecce conuertimur ad gentes. Sicq; euntes per Mundum Vniuersum, iuxtà Christi mandatum, prædicauerunt Euangelium omni creaturæ vnusquisque in sorte sua. Cùm autem egrederentur de Iudæa, vnusquisque accipiebat congerium, & benedictionem ab ipsa benedicta Virgine gloriosa. Interea, reuelante Spiritu Sancto, Beatus Iacobus Maior, frater Ioannis, filius Zebedei, mandatum accepit à Christo, quatenùs ad partes Hispanas, verbum Dei prædicaturus accederet. Ipse verò statim pergens ad Virginem, osculatis manibus, licentiam, & benedictionem pijs lachrymis postulabat. Ad quem Virgo, vade, inquit, fili, imple mandatum Magistri tui. Et per ipsum te deprecor, quatenùs in vna Ciuitatum Hispaniæ, vbi maiorem numerum hominum ad fidem conuerteris, ibi Ecclesiam in mei memoriam, proùt te monstrauero facias. Progrediens autem B. Iacobus ex Hierusalem, venit ad Hispanias prædicando: indè pertransiens per Asturias, venit in Ciuitatem Oueti, vbi vnum ad fidem conuertit. Sicque Galetiam intrans Patronum Ciuitatem aggreditur. Indè properans in Castellam, quæ maior Hspania nuncupatur, tandem venit in minorem Hispaniam, quæ Aragonia dici-

dicitur, in Regione illa, quæ Celtiberia nuncupatur; vbi sita est Cæsaraugustana Ciuitas, ad Iberi fluuij ripam. Ibi igitur Beatus Iacobus multis diebus prædicans, viros octo conuertit ad Christum: cum quibus quotidiè tractans de Regno Dei, exibat ex parte noctis ad ripam fluminis, quietis causa, in loco vbi paleæ iactabantur. Ibi nàmque post soporem orationi vacantes, turbationes hominum, & molestias gentilium declinabant. Et ecce post dies aliquot, media nocte lustrante, stabat Beatus Iacobus cum fidelibus supradictis, contemplatione, & orationibus fatigatis. Cæteris igitur sopori deditis, in hora ipsa mediæ noctis, audiuit B. Iacobus Apostolus voces Angelorum cantantium, *Aue Maria gratia plena*, quasi suaui Inuitatorio matutinale Virginis Officium inchoando, qui statim flectens genua sua, vidit Virginem Matrem Christi inter duos Choros millium Angelorum super Pilare quoddam marmoreum residentem. Conuocatus igitur militiæ Cœlestis Angelorum, Officium matutinale Virginis, cum versu *Benedicamus Domino* composuerunt. Quo finito, pijssimus vultus B. Virginis Mariæ, Apostolum Sanctum ad se quàm dulcitèr euocauit: *Ecce* (inquit) *Iacobe, fili locus signatus, meoque honori deputatus, in quo in mei memoriam, tui industria, mea Ecclesia construatur. Conspice quinimò Pilare hoc, in quo sedeo, nàm Filius meus, Magister tuus, per manus Angelorum illud transmisit ex alto: circà cuius situm, Capellæ Altare locabis, in quo præsertim loco, precibus, ac reuerentia mea, signa, & mirabilia Altissimi virtus operabitur admiranda: illis nimirum, qui in suis necessitatibus meum auxilium implorabunt. Eritque Pilare istud in loco isto, vsque in finem Mundi, & Christum colentes, nunquam ex hac Vrbe deficient*. Tùnc Iacobus Apostolus, hilaratus lætitia multa, innumeras gratias Christo referens, easdem retulit Genitrici. Et ecce subito cœlestis illa Concio Angelorum, Dominam Cœlorum suscipiens, ad Hierusolymam Vrbem reduxit, & in sua Cellula collocauit. Post hæc autem vixit Gloriosa Virgo Maria vndecim annis. Hic est exercitus ille millium Angelorum, quem Deus misit ad Virginem in hora, qua Christum concepit, vt illam seruarent, & vijs omnibus sociarent, & illæsum puerum custodirent, Beatus autem Iacobus de tanta consolatione, & visione congaudens, continuo cœpit ibi ædificare Ecclesiam iuuantibus, quos ad fidem conuerterat, supradictis. Capit autem præfata Basilica octo quasi passus latitudinis, & sexdecim longitudinis, habens Pilare prædictum in capite versus Iberum cum altari. In cuius Ecclesiæ seruitium vnum de prædictis in Presbyterum, quasi magis idoneum, Beatus Iacobus ordinauit. Consecrans verò prædictam Ecclesiam, & ipsos Christicolos in pace dimittens, reuersus est in Iudæam, verbum Domini prædicando. Intitulauit autem ipsam Ecclesiam S. Mariam de Pilari. Hæc est enim prima mundi Ecclesia, in honorem Virginis, Apostolicis manibus dedicata: hæc est enim Angelica Camera primordijs Ecclesiæ fabricata: hæc est Aula Sacratissima sæpiùs per Virgimem visitata: in qua cum Angelicis Choris visa est sæpiùs Dei Genetrix, matutinos psallere psalmos.

In

In hac siquidem obtentu Virginis plurimis præstantur beneficia, & operantur insignia multa, præstante Domino nostro Iusu Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto viuit, & regnat per infinita sæculorum sæcula.

Huius historiæ scriptores refert nouissimè *Doctor Ioannes Franciscus Andres Chronologia de las Imagines de nuestra Señora del Pilar, y aparecidas en el Reyno de Aragon. Luis Lopez historia de la Ciudad de Zaragoza, Pedro Cassaneo historia de la Virgen lib.5. cap.23. & 44. Rex D. Alfonsus el sabio par.1. cap.5. Sese in Chronologia vniuersal del Mundo lib.2. cap.4. La Nuza historia de Aragon lib.1. c.26. Blancas en los Comentarios. Murillo diuersis in partibus historia del Pilar. Carrillo in anno Mundi 3978. & à Natiuitate Dñi 50. in pluribus relatis, nouissimè à D.Roderico Mendez de Silua in pobla general de España descripcion del Reyno de Aragon cap.2. vers. es el maior blason, & post finem refert plures autheres. & nos in nostro syndicatu tom.1. part.1. cap.32.nu.24.*

## *Sequitur Templi descriptio.*

DElubrum Immaculatæ (meritò sic nuncupatum hoc à Diuo Apostolo dedicatum sacellum, cum primo Hyerusalem, deindè Domus Conceptionis antiquitùs denominata permanserit, vt *in nu.20.*) Virginis à Columna, & vbi potissimè ipsiusmet primum Orbis simulacrum in ea celitus demissa immortali Aragonensium Cultui superstat; longitudine quinquagintà pedum, & viginti nouem latitudine, quadrata mensura mille, & quinquagintà circumscribitur, geometrico aspectu altera parte longius distenditur, cingitur vndiq; Claustrali sinu, ampliori Templo cóprehenso, varijs sacellis perillustratum, & vt ex eo pateat, in cedentiũ deuoto Cœtui sacratissimi depositi locus saltim, ab vtroq; latere super ædificato, quasi cingulo lapideo, altitudinis trium palmorum, perpolitis columnis simetri ca distantia, super erectis ferreis circummunitur catenatis hastis, quibus & amplectitur, & ab extra orantibus totus perlustratur, super his arquatu ductu fabrè cópofito, moles pertracti fornicis libratur, in suprema pariete adest marmoreũ historiatum altare, magisterio, & erogatione celebre, vbi cótinua sacra celebrantur; terdecim pedibus ab eo, & à limine postium delubri delineati triginta septem, alia interiecta supereminent ferrea cancella, ex vno ad aliud latus elongata, interna munimina, percludentia accessum secularium vtriusque sexus, ad cornu Euangelij propè dexterum angulum eminet Virginis Imago mirabilis prȩsidens adoranda super cœlesti columna, parum plus octo palmorum altitudine, ænea interclusa veste, qua tegitur intus videntibus, exterius foramine relicto paruulo, fidelium osculis, assiduis denudata, talitèr circumuallata, ne fideliũ tot confluentium rapina nimis eam (vt inceperat) tanti pignoris auiditate perraderet, clauditur quoque alio ferreo cancello, tale simulacrum, mire elaborato, & superinaurato nouem pedũ lógitudine, & septem latitudine, nunc argenteo; proprio impensu Principis Baltassaris Caroli; morte immatura duplici orbi abrepti, ad latus sinistrum Deiparæ paruulum cerni-

tur

tur altare, vbi non immolatur, nec extat memoria ſacri ibi peracti (forſan quia, cum per gratiam viuens in columna ſit; humilitatem ſimili cultui præfert) Altitudo imaginis, palmos nō implet duos materia ligneæ deauratæ, cuius facies pulcherrima eſt, & grauitate ornata, in genis diſtinguitur ruboris mixtura cum optima perfectione: oculi modeſtia incomparabili emicant, qui grauitatem augent faciei, Naſus paruus; licet ſimetricus; & in fine non penitùs acutus, Os valdè gratioſum, Caput eius redimitum diademate ſeptena cuſpide piramidali, tot floribus in apicibus collocatis: Veſtis talitèr eſt præcinta, vt poſt faciem colli aſpectus populo occultetur, & cingitur in collo tribus almulis, in medio corporis tunica zona cingitur, cuius extremitas amictu tegitur, ima peduum tantùm apparent, & calceamenta in cuſpidem terminant: Habet in dextero brachio paruulum Ieſum nudum abſq; Corona, Brachium dexterū protendentem vſque ad vber dexterum Virginis, amictum illius manu capientem, & ſiniſtra auiculam quandam tenet, cuius color non diſtinguitur: Crura illius quaſi in Cruce videntur complicata, mirabili modeſtia, vernacula lingua ſic *ab Andrea vbi ſupra citato* depingitur.

*Sobre la Santa Columna eſtà pueſta la Soberana Imagen inmediatamente, firmando en vn pequeño Pedeſtal, y no rematando en el ropaje, ſu alteza media bara Aragoneſa, menos vn dedo, el roſtro lleno, hermoſo, y graue, y en la mexillas ſe diſtingue la mezcla del carmin, ſin que parezca deſigual el color, ni ſemejante a la variedad del Iaſpe, porque todo el es, vna encarnacion bellisſima, los ojos algo baxos, que aumentan la grauedad del ſemblante, la nariz pequeña, pero abultado el remate, la boca en proporcion gracioſa, ciñe ſus ſienes vna Corona de ſiete puntas piramidales, rematando en flores, en la qual aun no ha podido el largo tiempo deſuanecer los matices de las piedras, que la adornan. La veſtidura es tan ceñida, que no ſe puede ver la garganta, rematando los cabellos cerca del cuello de ella: Abrochaſe con vnos botoncillos, y ciñe ſu cintura vna correa ancha, cuyo eſtremo encubre el manto, que ſuſtenta con la mano derecha, y aunque ſe vee mucha parte de la tunica, no llega a ella la correa. La veſtidura, y manto ſon dorados, y eſtà el oro tan conſeruado, que pueden embidiar ſu realce los Artifices de nueſtro ſiglo. Deſcubrenſe los dos eſtremos de los pies, cuyo calçado termina en punta. El Niño IESVS eſtà deſnudo, y ſin Corona; y le tiene la Bendita Imagen en el lado izquierdo; como la Milagroſa Efigie de Loreto, fabricada por el Euangeliſta S. Lucas; eſtiende el braço derecho por el pecho de la Virgen, aſiendoſe a ſu manto; con la mano ſinieſtra, tiene vn paxarillo, tomandole por la mitad del cuerpo, el color no ſe diſtingue, pero el ſincel explicò el temor de aquella auecilla eriçandole las plumas. Las piernecitas eſtan cruzadas, poniendo la izquierda ſobre la derecha con rara honeſtidas. Planta la Sacratisſima Imagen de nueſtra Señora con tanta gala, y artificio, que pondrà en cuidado al mas dieſtro pinzel, que la copiare, porque la perfeccion de todo el dintorno, es tan hermoſa, y agraciada, que ſerà dificil delinear ſu airoſo mouimiento. La materia es madera ſin carcoma alguna, cuya Santa Imagen eſtà ſiempre veſtida, por mayor veneracion de riquisſimos adornos, permitidiendoſe a la viſta el roſtro de la Virgen, y el de ſu precioſo Hijo.*

B Quibus

Quibus sic iactis Author elogij optima, eleuataque deuotione extollit vocem in laudem huius sacræ Columnæ *in n.1.& in 2.* duarũq; columnarũ Salomonis ante Templum positarũ memoriã refert rectè; & quia in duabus, fidei stabilitas nititur, vt *n.10.*; virtutem huic vnicæ columnæ accommodat, eo quia in ea Mater, & filius coluntur, filium habentem in brachio sinistro, quasi prioritatem præbendo Matri, forsanuè brachio dextero libero, vt eo patrocinium promissum sine impedimento adimpleret, *iuxtà illud fecit potentiam in brachio suo*; Vndè rectè ponderat, dictum Templum in directione, & fortitudine fundatum, esse non plus vltra Christicolarum Hispaniæ, & Hyerusalem admirabile, Domus Angelica, Apostolica, Cęlestialis, Ciuitas sanctificata, Prototemplum, & Plenitudo martyrum, quia in dicta Ciuitate innumerabiles sunt martyres Confessoresq;, quos numerus non capit, vt pluribus testatur ex nostris *eruditus D. Ioannes Franciscus Monte mayor de Cuenca in summaria inuestigatione orig. priuileg. richor. hom. nobil. equitum, & infantionum in dedicatoria fol. 121.*

*Ad num. 3. in fine* ibi:

*Diuinæ reuelationis* sibi factę addenda est Reuelatio huius Templi, iuxtà historiam relatam deuotissimæ Venerabili Matri Mariæ de Iesu Villæ Agredæ in Regno Castellæ, quæ ad excitandam deuotionem; vti historia relata; formitèr aduentum Diuæ Mariæ à Hyerosolima, adhuc viuentis, & miraculosam apparitionem Imaginis, & Columnæ refert; cum miraculo; infrà inferendo Cruris restituti, cuidam iuueni Michaeli Ioanni Pellicer nuncupato, naturali Regni Aragoniæ in anno 1640. degente in Villa de Calanda dicti Regni.

*Ad num. 6. in fine* ibi:

*Vt in prælio aduersus hostes nos tueatur*. Hoc lapide christallino Mariæ vsi fuerunt Aragonenses Cæsaraugustani anno 1641. aduersus Gallicum Regem, Catalanos (tùnc rebelles) protegentem (& nunc pernicioso, & detestabili exemplo Messanenses) Ciuitas enim Cæsaraugustæ sexmille Infantibus armatis, lapide hoc Mariæ, idest eius ænea imagine à collo pendente, eius fortitudine animatis, inuasioni inimicæ obuiam fecit victoriam, quæ obtinuit non solùm in fuga inimicorum, sed Ciuitatum, Oppipidorum, & Villarum amissarum, & totius Regni Cathaloniæ recuperatione, & acquisitione, vt latè dixi *in meo syndicatu d. par. 2. consid. 32. nu. 22. 23, 24. & 25.* cuius rei rationem, vide *nu. 7.* Regina est enim, quæ in Aragonensium fauore prælium assumit, eosque protegit per se, & per alias Virginũ Imagines, in circuitu dictę Ciuitatis apparitione diuina, & quasi in Castris in suis Templis existentes in dictæ Ciuitatis defensionem, quæ ad dictam protectionem sunt, vt *rectissima, & terribilis Castrorum acies ordinata*, quod expertum fuit in stupendo miraculo Virginis, vulgò dictæ *del Portillo*, cœtu Angelorum exercitu, quasi posita Imagine Virginis, ab inde cognominatæ *del Portillo* Mauri inuadentes Ciuitatem victi, ac occisi

fue-

fuerunt, sopore enim somni, quasi mortui existentibus dictę Ciuitatis Militibus, Angelico exercitu subrogato, nostra fuit victoria Virgine auxiliante, & militante, de quo miraculo scripserunt nostrates, & exteri, vt refert *D. Franciscus Andres de Vrtaroz in Chroneca Imaginum Virginum miraculosè apparitarum*, & vt inferiùs latè obseruatur.

*Ad nu.*7. ibi: *obcesi ore* dixit: *Demon inimica mea Columna.*

Ex ore mendacis veritas orta fuit, & nos ipse docuit, quod nõ solùm sit protectrix nostra Columna in corporum defensione, sed animarum, cum fides Cæsaraugustæ frangi nequeat, & sequuntur vera, dicta de filio, accommodata matri, *conquassaui capita in terra multorum*, idest capita *Demonum* in terra multorum, in fide permanentium martyrij Corona; videatur *Cuenca vbi proximè fol.*122. referens innumerabiliũ historiã martyrũ, eadem verba in proprietate affirmare potuit exercitus Gallicus in casu supra relato in obseruatione *ad n.6.* cũ enim ab Aragonensibus de minori Hispaniæ sit venerata columna hæc, Gallo inimica erit, amicus enim inimici mei meus inimicus est, & fuit certè, cũ sola Imagine illius in pectore pendente militum, vinditrix fuit in dicta inuasione, contrà Regnum Aragoniæ anno 1640. sed hæc inimicitia ad totam Hispaniam extẽditur certè, dùm in loco Cæsaraugustæ ad defensionem totius Hispaniæ ipsa Deipara Templum ædificare voluit, & ibi permanere contrà Demones rugientes, vti Leones; sicùt enim ipsi circuunt nos ad deuorãdum; sic ipsa in columna culta, & venerata nos defendit resieentes in fide, vt testatur Apostolus, *fratres sobri state, & vigilate, quia aduersarius vester Diabolus, tanquam Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret*; notabilis certè combinatio Galli, cũ inimico isto est, in hoc versus fideles vassallos Regis Catholici (eis enim rebellibus) auxiliũ non solũ tribuit, vt in rebellione Messanensiũ pessimè experimur, verùm infructuosè Neapolitanos ad eãdem rebellionem figmẽtis, & falsis suasionibus, promíssionibus incitat, & circuit eos ad eorũ destructionẽ, & deuorationem (vt experiẽtia probat Epistola Regis Galli ad Neapolitanos eius data 25.Oct. 1675.) cui ipsi vti fideles vassalli dictis figmentis, & falsis suasionibus, resistentes infidelitate sua innata, permanẽtes respõsionem dederũt die 3.Decẽbris 1675. huic Epistolæ incitatoriæ: & nostri celtiberi Aragonenses simili in casu iàm relato, nõ in calamo, sed exercitu armato in fide Columnę responsũ dederũt non verbis, sed facto, quibus palma secuta fuit, vt dixi supra, & *in meo syndicatu d. consid.*32. 3.*p.* A magnitudine protectionis tuæ ò Virgo; Demones cõfugiunt, ac stridentes arripiunt, & per solam tui nominis inuocationem summæ contromisendo, statim fugam arripiunt, quod benè tu testata es, vt notum *in reuelationibus Sanctæ Brigidæ apparet lib. 6.* cuius sunt verba ibi: *Omnes Demones audito nomine meo aufugiunt*; vndè seruus suus *Bonauentura, in speculo tibi inscripto*, ibi: *Non ità metunt hostes visibiles Castrorum aciem copiosam, sicùt infernales potestates Mariæ vocabulum*; cognouit equi-

dem (vt in mea Aragoniæ patria) eius nominis inuincibilem poteſtatem. Ioannes Connæus Orientalis Imperator ex Aſſe Catholicus, nàm ipſe talem in nomine *Mariæ* ſpem habuit, vt nunquàm ad bellum proficiſceretur, quin Imaginem Virginis Mariæ ſecum nõ ferret, palmaſque belli ei portaret, quas refert *Paulus Rubeus in tract. de validitate legali in dedicatoria*; Vndè certus de victoria pugnat, qui hac duce contendit, vt in dicto caſu relato; felix mea vſa fuit patria Aragoniæ.

*Ad nu.* 8. ibi *Herculis*.

Eſt enim Protectrix totius Hiſpaniæ, quod agnoſcendo Rex magnus noſter Philippus IV. decreuit per varia decreta, & literas miſſas Prælatis Capitulis Ciuitatibus Regnorum Hiſpaniæ, Indiarum, & aliorum Catholicæ Monarchiæ ſcriptas in die 28. mẽſis Septembris anni 1655. vt in huius ſoberanæ Imperatricis Mariæ honorem ſub titulo patrocinij celebretur feſtiuitas, in ſecunda Dominica Nouembris, cuius Epiſtolæ verba ſunt ſequentia: *Y lo que mas es en mi eſtimacion, y deue ſer en todos, que a eſta Soberana Señora, deuemos el mas precioſo beneficio, que podemos recibir de la mano de Dios, que fue la predicacion de la fe, que con ſu fauor, y aprobacion hizo el glorioſiſsimo Apoſtol, y Padron de las Eſpañas Santiago el Mayor, en los Reynos de ellas, quando eſtaban poſſeidos de la Idolatria, queriendolos fauorezer, cõ que en ellos ſe erigieſſe el* primer Templo, *que tuuo en el Mundo a eſta Señora, y con viſitar en perſona al glorioſo Apoſtol nueſtro Patron para mandarle ſe lo dedicaſſe, y boluieſſe a Hyeruſalem a ſer el primer olocauſtro, que ſu Hijo ſacratiſsimo eligio entre ſus Apoſtoles, para verter ſu ſangre en teſtimonio de ſu diuinidad, con la qual demoſtracion de eſpecial amor ſe declarò eſta Señora por protectora, y aduogada de todos eſtos Reynos &c.* Quod prius Rex D. Iacobus Secundus docuit ſucceſſoribus, ædificando in Regnis acquiſtatis eo tempore, quo gubernauit, pluſquam duo mille Templa cum titulo protectionis Diui Nominis Mariæ, vt tradit *Cuenca in dedicatoria dicta fol.* 36. & inferiùs dicam.

*Ad nu.* 10. ibi. *Stabilitatem*.

Diximus ſupra, quod in duabus columnis conſiſtit, vti in duobus cruribus exiſtentia, & firmitas corporis hominis, æqualitèrque fidei ſtabilitas in duabus columnis, vna veneratur à tota Chriſtianitate in Vrbe, vbi colitur ſolus Filius in memoria paſſionis illius, eſt enim, in qua flagellatus fuit Mundi Redemptor, alia eſt noſtra, de qua agimus miraculoſa colũna, in illa filius, & Redẽptor ſolus veneratur, in hac noſtra, vterq; Mater, & Filius vna coluntur columna, illa in petra conſiſtit, *Matthæi* 16. *Super hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. In columna verò noſtra Cæſarauguſtana Templum vtriuſq; ædificatur, quia in ea; vt dictum eſt; ambo coluntur, vt teſtatur *Lezana in Columna immobili nu.* 76. *fol.* 60. ibi: *Eſt enim Columna iſta (quidquid alij dicant) non Columna, cui ligatus Chriſtus flagellatus fuit, ſed ea, in qua Filius, & Mater coluntur, indigitat*, & ſimul Catreda-

tredalitatem, vt insinuat nobilis etiam Author *Regens Michael Martinez del Villar in tract. interpetrat. trium epigrammat.* anno 1609. typis edito ex antiquissimo Poeta Prudentio, qui in quarto seculo floruit, hæc affert, quæ rectè inspecta intentum comprobant.

*Præstet adhuc, Templumque gerit veneranda*
*Columna,*
*Nosque docet cunctis immunes viuere flagris*
*Plena magnorum Domus Angelorum.*
*Et hinc Sacerdotum domus infulata.*
*Valeriorum.*

Vndè rectè dicit in hoc *num.*, quod Diuus Petrus sibi *Petram* elegit; Deiparæ verò *Columnam*, in qua ambo coluntur, vt in eius Catredali Ecclesia ab Apostolo Iacobo in Templo posita, cùm ipse Episcopus fuisset, proùt *ex Cirillo, Chrysostomo, Theophilato, Ruperto, & alijs*, comprobant *Cornelius in actis Apostolorum cap. 2. vers. 3. Suarez in tom. de fide disp. 10. sess. 1. nu. 1. 2. 3. 4. 6. & 7. cum pluribus*, & curiosè comprobat *Pater Ioannes Bapt. Lezana super nostra Columna immobili cap. 2. nu. 20. cum sequentib.* de qua Catredalitatis antiquitate, affirmandum est continuationem post annum 1118. negant relati à doctissimo *D. Ludouico Exea, & Talaiero in supremo S.C. Aragonum Regente* in instauratione Ecclesiæ S. Saluatoris: sed eam defendit *Venerabilis, ac Doctissimus Pater Ioannes Baptista Lezana*, eamq; cum actualitate declarauit Pontifex Maximus Alexander Septimus anno 1658. Posteà motu proprio, per singulos mẽses cum alternatiua diuisus Catredalitatis vsus motu proprio eiusdem Pontificis fuit, ex quo ortæ fuerunt lites à Deputatis illius Regni, ob resistentiã *fori de los motus proprios anni* 1585. inter Ecclesiam Sancti Saluatoris, & Sãctæ Mariæ Columnæ, quas in amicitiam reducere desiderans S.Cath. Maiestas Caroli II. in sua minori ætate; Sãcto Cœlo Mariannæ Reginæ eius Matris, Tutricis, & Cubernatricis se iterposuit (pro qua scripsit *D.D. Ludouicus Exea* curiosè) quæ concordia hodiè speratur affectuosè à fidelibus, vt vera pax sit inter has Ecclesias: Et audiui ortum esse decretũ, quo Clemens X. iussit ex duobus Capitulis vtriusq; Ecclesiarum; vnum fieri; vnamque Ecclesiam Metropolitanam, nuncupatã Ciuitatis Cæsaraugustæ; antiquatis nominibus *Sancti Saluatoris*, quo Ecclesia nuncupata vulgò *del Asseo* vocabatur; & Sanctæ Mariæ Maioris *del Pilar*; & retentis in dignitatibus vtriusq; Ecclesiæ, hoc est in Ecclesia Sanctæ Mariæ del Pilar, eo nomine vocatis; & similitèr Ecclesiæ S. Saluatoris, eo titulo demonstratis dignitatibus, cõstituto pro capite vno Decano amborum Capitulorum, vt in Bulla dicti Pontificis declaratur obtenta precibus Reginæ Mariannæ de Austria die 3. Nouembris 1675.

*Ad nu.* 11. ibi.

*Marmorea* adde dictum *Lezanæ vbi proximè n.* & *in Turre Dauidica c. 7.* & legitur in oratione eiusdem Deiparæ ab Ecclesia composita, & dicenda in die dedicationis eiusdem festiuitatis, quæ sic se habet: *Omnipotens sempiterne*

*piterne Deus, qui Sacratissimam Virginem Matrem tuam, inter Choros Angelorum super Columna Marmorea emissa de alto venire, dùm adhuc viueret, vt Basilica in eius honorem à Prothomartyre Apostolorum Iacobo, eiusque discipulis ædificaretur, dignatus es: præsta quæsimus, eorundem meritis, & intercessione, vt fiat impetrabile, quod fida mente possimus, qui viuis, & regnas, &c.*

In eodem *nu.* vers. *sed quid mirũ,* vbi portionem Colũnæ; in qua Christus ligatus fuit, & flagellatus; esse non pauci asserant, adde *Ioannem Franciscum Monte maior de Cuenca vbi supra fol.* 120. sed notanda est dubietas, qua in hoc loquitur ipse *Lezana* certè, quidquid ipse credidit, id ego sentio alia, est enim, in qua vti à Cœlo veniente Mater, & Filius coluntur, vt profitetur ipse *Lezana vbi sup. ibi n.* 76. etenim columna ista ait (quidquid alij dicant) non Columnam, cui ligatus Christus, & flagellatus fuit est; sed eam, in qua Filius, & Mater coluntur indigitat. Duo enim, Maria, & Filius in vnico Templo coluntur, ex quo maioritas Templi demonstratur, vt nullum maius hoc sit, & dignius nõ solùm in Ciuitate, sed in Orbe toto; Hodie ex dd. duobus, vna Ecclesia facta est Filij, & Matris; vt ambo in vnitate Ecclesiæ venerentur, & in sacra Columna, cui Filij Ecclesia vnita est, residentia Archiepiscopi; sex alternatis mensibus; in dictis Templis, & si enim duo Templa, vna est Ecclesia, vbi Filius, & Mater coluntur ex nouo decreto Summi Pontificis Clementis X. vt in obseru. precedente.

*Ad nu.* 16. *in fine* ibi.

*In qua Virgo voluit venerari vsque ad finem seculi,* adde, & Hispanos protegere, Regnaque Hispaniæ, & ideò meritò Philippus Magnus Quartus hanc protectionem desiderauit, statuitque pro ea festiuitatem colendam, vt supra retuli *ad nu.* 8.

*Ad nu.* 17. *in fine.*

*Curaui* refert hic miraculũ Cãdelæ in alia Columna affixæ, in qua naues in portu relato alligabantur, quo Rhegienses ad Christi fidem conuersi sunt, insinuatque alia miracula, quibus ægris sanitatem Columnæ puluis haustus conferebat. Et Virginis miraculis aliud; resurrrectionis carnem cõfirmantem; nostrę Columnæ addendum duxi, quod successit anno 1642. (eodem anno, quo elogium Authoris typis traditum fuit) quod sic ad literam se habet. Iuuenis quidam nomine Michael Ioannes Pellicer (natus in Regno Aragoniæ, & Villæ de Calanda, dùm in seruitio auunculi sui esset, & in exercitio agriculturæ, in Oppido nuncupato *de Castellon de la Plana* in parte Regni Valentiæ sito) dùm in terram ceciderit ex vehiculo rota illius super crus illius, cum transiret illud contritum relinquit, ità contusum, vt vltimo remedio indigeret scissionis illius, fuitque scissum in Hospitali Diuæ Mariæ Gratiæ Cæsaraugustæ, in parte inferiore genuæ, duobus digitis inferiùs, à peritissimo, & valdè practico Chirurgo licentiato Ioanne Estanga, crureque sic scisso, iàmque sepelito, post annos plures ipse iuuenis ambulans crure subroga-

to

to lignio, ad Cappellam Beatæ Mariæ accessit, vbi confesso, & communicato; cum oleo accepto ex lampade existente; iuxtà columnam Diuæ Mariæ; scissionis partem vnsit summa deuotione, & fide, conseruatoq; oleo in parua hydria, causa repetẽdi remediũ sanctũ, in propriam patriam Villæ de Calanda se contulit, in domoq; patris sui existente, elemosynanterq; viuente, ambulanteque per loca vicina, quadam nocte duabus horis ante duodecimam pergit se in cubiculum, & lectulum, in quo iacens, & dormiens; vntione dicti olei præcedente; in somnis consolatus repertus fuit à Deipara Virgine, dulcissimo quodam somno; à quo rumore orto, ex introitu matris ipsius, in idem cubiculum experrectus reprehendit illi, eo quod à tali somnio eum experrexisset, & retulit matri suæ, dicens se somnio vidisset Reginam cum Angelo, crus in manu habente, consolidasset cum alterà parte sana, vnione miraculosa, quo audito à matre, statim videns somni veritatem, & effectum sortitum in crure restituto, consuluit filio, vt Virgini Mariæ à colũna gratias redderet, vocatoq; marito, prædicta retulit, & stupendo miraculo commota, admiratione summa, domesticos conuocauit ad videndum mirabilia Dei, & Virginis, & confirmatum articulum resurrectionis carnis ( quod non sine misterio dictum miraculum euenisse, credo; erant enim eo tempore in dicto Oppido milites diuersarũ nationum; & forsan infideles negantes aliquos fidei articulos ad quorum cõfusionem eo tempore patratum fuisse miraculum est verisimile) Quod etiam Clemens X. qualificauit concessa Indulgentia plenaria in articulo mortis portantibus effigiem æream vulgo dictam *medalla*, in qua in vna parte signata est Deipara Virgo, super columna cum Diuo Iacobo loquens, & in alia parte dictum crus dicti iuuenis vnitum cum particula, cui facta fuit vnio (& rara res est) quoniam illud miraculum, quod euenerat per modum facti transeuntis, mansit facti permanentis, quoniam in ipsa vnionis parte, vestigium permanens adest, oculis subiectum quadam linea ipsam vnionem denotante (vt ipse vidi) cum populo magno.

*Ad nu.* 20. ibi: *Ab initio.*

Adde *cap.* 8. *prouerbiorum*, quod *sapientiæ est*, & accommodatur Virgini Mariæ del Pilar, & legitur in sua dedicationis Missa pro epistola.

Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum: & ex antiquis antequam terra fieret. Nec dùm erant abyssi, & ego iàm concepta eram. Nec dùm fontes aquarum eruperant, nec dùm montes graui mole constiterant: ante omnes colles ego parturiebar. Adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines Orbis terræ. Quando præparabat Cœlos aderam, quando certa lege,

&

& giro vallabat abyssos. Quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarum. Quando circundabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Quando appendebat fundamenta terræ, cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per singulos dies ludens coram eo omni tempore, & ludens in Orbe terrarum: & delitiæ meæ esse cum filijs hominum. Nùnc ergo filij audite me. Beati, qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam,& estote sapientes,& nolite obijcere eam. Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes hostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.

Ibi: *Conceptio illius.*

Addendum duxi Conceptionem sanctissimam, & purissimam fuisse contemplatam in hac Templi erectione Diuæ Mariæ Columnæ; est enim opinio magis recepta dedicationem Templi purissimæ Cōceptionis Virginis fuisse obiectum Altissimi,cum Cæsaraugustæ honore, quod ostendit *Flauius Dexterus in Chronica anni Christi clausul.9.* ibi: *A Iacobi prædicatione celebratur in Hispania festum Immaculatæ ob illibatæ Conceptionis Mariæ*;quod etiam confirmat *M. Maximus Cæsaraugustæ Episcopus in Himno ad Templi laudem*,refert *Cuenca vbi proximè,D.Ioseph. Pillicer in suo Fenice Diatrebe 19. fol.232.Murillo in miraculosa fundatione cap.14.pag.112.*vbi dixi hoc Templum nuncupatum in principio *Hyerusalem admirabilem*, deindè *Conceptionis Immaculatæ* dictum, permansisse, quæ in columna, siue *Pilar* Templum, & Apostolum Conceptionem prædicasse, refert *D. Iosephus Pellicer in Fenice Diatrebe 19.fol.252.* sic *à Murillo vbi proximè.*

*Hæc nàm Iacobo Apostolo,*
*Et suo consanguineo,*
*Ædem iubet conficere*
*Cunctis manentem sæculis.*
*Ostendit illi se hilarem,*
*Suoque natalio*
*Conceptionis aureæ*
*Templo manet encænia*

*Conceptionis hinc diem*
*Iacobus Hispanos docet,*
*Et prædicat seù cæteri*
*Ab omni labe liberam.*
*Hic mos habet principium*
*Hunc celebrandi iugiter*
*Populis iberis diem,*
*Qui durat vsque hodie &c.*

Indigitat hoc antiquitatem Colēdæ Cōceptionis Sanctissimæ; est enim certissimum, quod omnes scribentes Chronicos antiquiorem esse cultum Diuæ Cōceptionis in Regno Aragoniæ,alijs Regnis Catholicis,& Christianis, in quibus celebratur, & colitur; Huius rei origo in promptu est, quoniam ipsius Sanctissimæ Conceptionis veneratio originem habuit à

fun-

fundatione dicti Templi venerandæ columnæ: Quæ augmentum recepit tractu temporis, vsque ad feliciſſimum Gubernum Regis Ioannis Secundi, quod etiam confirmat *Archipreſt. Sanctæ Iuſtæ, Iulianus Petrus Aduerſar. nu.395. & in Choricon. nu.607. Luitprandus in Chronicon. era 715. mihi fol. 33.* affirmantes, Apoſtolos congregatos in certo concilio affirmaſſe, & prædicaſſe Immaculatam Conceptionem fuiſſe Diuæ Mariæ, quod etiam firmarunt noſtri Regni Reges *D. Iacobus acquiſtator Regnorum cognominatus, D. Ioanes Primus, D. Alphonſus Quintus, D. Ferdinandus Catholicus, & illius Genitor D. Ioannes Secundus anno 1461. in æditione fori vnici tit. for. Conceptionis Beatæ Mariæ dicti anni 1461. & D. Thomas Tamaio de Vargas in defenſione Flabi Dexteri noued. 17.* vbi plures refert *fol. 78. & 83. Pellicer vbi proximè,* alios refert *D. Io: Franciſc. de Cuenca,* in quo foro colendam ſtatuit feſtiuitatem Conceptionis in dicto Regno Aragoniæ, prohibuitque contrariam ſententiam, ei ſilentium imponendo perpetuum, & meritò ex quo fauorabilis fuit opinio Aſtoſtolorum, & Sanctorum primitiuæ Eccleſiæ pro Conceptione Sanctiſſima, vt comprobatur, ex lectionibus deſignatis ab Eccleſia in dictæ feſtiuitatis officio, & celebritate octauę ipſius Conceptionis, quas recopilant Authores relati à dicto *D. Thoma Tamaio de Vargas in d. noued.* 17. quæ in temporalibus ſic obſeruatum fuit; addita ſancione dicti Regis D. Ioannis Secundi in anno 1461.; & inducentis annis poſt, à die publicationis dicti fori; quo precibus prorectis Potentiſſimi Regis Philippi Quarti, Pontifici Alexandro Septimo; ab Oratore Epiſcopo Placentino D. Ioãne Chreſpi de Valdaura (viro ſanctitate prædito; fratre Excellentiſſimi Dñi D. Chriſtophori Creſpi de Valdaura; iàm à nobis laudati *in noſtro ſyndic. in prima epiſtola dedicat. primi tomi*) publicatum fuit Breue pro dicta Conceptione cum eiſdem verbis, & punctuationibus, quibus fuit dictus forus conditus, talitèr, quod inter dictum Breue, & forum prædictum nulla eſt differentia, niſi in diuerſitate idiomatis, breue enim eſt, in latino ſermone, & forus in vernacula lingua illius Regni, contentus enim fuit Summus Pontifex cum decreto, ipſius Regis concordare ſuum Breue, quo aſſenſum præſtitit ſuum, quæ concordantia digna notæ, & exaltationis viſa fuit Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Dño D. Martino Ibañez de Villanueua; tùnc Epiſcopo Gaëtano, nùnc Archiepiſcopo Rhegienſi in panegirico feſtiuitatis Cõceptionis prædicato (in Cenobio, & Eccleſia Diuæ Mariæ de la Noua Ciuitatis Neapolis) in Regia Cappella Excellentiſſimo Domino D. Petro Antonio de Aragonia dicto Regi D. Ioanni Secundo vno ſanguinis nexo coniuncto; à quo tempore meritò colitur feſtiuitas dictæ Conceptionis, & continuata eſt etiam in Eccleſia Sanctæ Mariæ Columnæ, idem teſtatur *D. Ioſephus Pellicer Diatrebe 19. fol. 231. & 252.*

*Ad nu. 21.* ibi: *Æternalitèr perſiſtam.*

Refert Author huius elogij promiſſam aſſiſtentiam Diuæ Mariæ vſque

ad finem feculi ad defenfionem, & protectionem Hifpanorum, Celtiberorum,& Chrifticolarum in Ciuitate Cæfaraugustana: Et dixit, *obtulit Diuo Iacobo* hanc perfistentiam; ad modum,quo Aragonenfes leges,& foros fuos fanciunt, fiunt enim perpetuæ, & irreuocbiles leges, quoniam ex lege prima Sobrarbi foros fanciuntur per viam contractus, tractatu Regis, & Regni, *Blancas in comment. nos in fyndicatus prologo*,& ideò hæc continua affiftentia per viam contractus fuit promiffa,acceptante pro fidelibus Hifpanis natis, & nafcituris Diuo Iacobo, vt perpetua fit, vndè ipfa Virgo voluit fe ligare ad formam, qua Reges ligantur pro obferuatione legũ, & fororum, fed cum tacita conditione, vt nunquam deficiat fides noftra, *Cultus Dei, & ipfius Mariæ Sanctifsimæ*; vt ex natura contractus veniente; fi hæc enim deficeret, indigni redderentur Celtiberi, & Chriftiani Cæfaraugustani, & tale beneficio priuandi venirent; Quod autem per viam contractus id factum fit, patet ex hiftoria fupra confiderata,& indiuidualitèr ex forma aduentus Diuæ Mariæ in fua propria perfona viua *à Hyerofolima*, & defcenfionis à Cœlo Sacræ Columnæ relatæ in hiftoria *nu.* 1. eiufque Imaginis, cui congruit Reuelatio fupra relata Venerabili Matri Mariæ de Iefus Ciuitatis Agredę,quæ fic fequitur Apparente enim Diuo Iacobo Deiparæ Mariæ in Angelorum Trono, fic loquuta fuit feruo fuo Iacobo in nomine ipfius Filij, & quia in reuelatione referuntur verba fequentia, funt in vernacula lingua: *Sierbo del Altifsimo: Bendito feas de fu Dieftra, el os lleue, y manifiefte la Gloria de fu Diuino* Roftro, omnefque refpondentes Angeli, *Amen*. Regina Cœli profequuta fuit, & dixit: *Hijo mio Iacobo, efte Lugar te ha feñalado el Altifsimo, y todo Poderofo Dios del Cielo, para que en la tierra le confagres, y dediques en el vn Templo, y Cafa de Oracion, donde debaxo del Titulo de mi Nombre, quiere que el fuyo fea enfalçado, y engrandecido; y que los Teforos de fu Diuina Dieftra fe comuniquen, franqueando liberalmente fus antiguas mifericordias a todos los Fieles; y que por mi intercefsion las alcançen, fi las pidieren con verdadera Fè, y piadofa deuocion: Y yo en nombre del todo Poderofo, les prometo grandes fauores de dulçura, y verdadera proteccion, y amparo, porque efte ha de fer Templo, y Cafa mia, mi propria herencia, y poffefsion; y en teftimonio defta verdad, y promefa, quedarà aqui efta Columna, y colocada mi propria Imagen, que en efte Lugar donde edificareis mi Templo, perfeuerarà, y durarà con la Santa Fè, hafta la fin del Mundo. Dareis luego principio a efta Cafa del Señor; y auiendo hecho efte feruicio, partireis luego à Ierufalem, donde mi Hijo Santifsimo quiere le ofrezcais el Sacrificio de vueftra Vida en el mifmo Lugar, que diò la fuya, para la* Redempcion *humana*. Quibus diuinis verbis Apoftolus Sanctus Iacobus preces humiles prorigendo, vt innuit dicta reuelatio, & non negat hiftoria, fupplicauit protectionem totius Hifpaniæ Hifpaniorum præfentium, & futurorum fingulari gratia, & auxilio, & fpecialitèr de illo certo loco dedicato, & confacrato nomini illius,& columnæ, in qua Mater, & Filius coluntur, quod vt nofter elogiator dixit in hoc verficulo, *obtulit*: & in perpetuum dicto fan-

ctuario

ctuario Angelum Custodem relinquit inuisibilem; petente ipso Diuo Iacobo; quod nunc, & in futurum erit ad protegendum dictum Templum, vt experientia; in anno 1649.; docuit, in quodam fure nocturno, qui abscondito in Ecclesia (furandi animo iocalia pretiosa, quibus die resurrectionis Redemptoris Filij ornata fuit Virgo Sanctissima) remansit aleuosiaq; magna; ausus fuit dicta iocalia, & omnia ornamenta aurea Virginis subripere, furtum sacrilegum consumauit in omnibus iocalibus, licèt ligata, & suta essent in vestimento, siue amicto illius: In corona ipsius Virginis Sacræ, quamquam non esset in capite ligata, furtum perficere non potuit, quamuis omni violentia vsus fuerit, resistebat enim Angeli Custodis potestas, & reperto fure in Ciuitate (à qua exire non potuit diuino impedimento, licèt enim fugam intentaret, eam perficere non potuit, in motu enim impeditus, vt ipse fassus fuit, Angelico impedimento detento) carceratus fuit, debitasque, breui spatio temporis in processu desaforato pœnas luit, condemnato vltimo supplicio, & cadauere diuiso in partes, & capite posito ante Ecclesiam ad exemplum permansit dicto anno, & in platea, loco sacro dicti Templi cimiterio, furca, suspensus fuit diuina Iustitia permittente in loco immune absque immunitatis querela Ecclesiæ.

*Ad nu.22. In mentibus Sanctorum.*

Exponendum duxi *in cordibus fidelium*, quia nemine dempto, omnes incolæ dictæ Ciuitatis sunt talitèr deuoti, vt in eis dici possit *nulla dies sine linea; hoc sine speciali cultu, orationeq;*: Incolarũ enim accessum in Templum, quotidianũ est illorũ, tãta enim deuotio est, vt nullus quiescat tutus absẽte Sole, quin prius in dicto Templo pro suis necessitatibus imploret auxilium, talis etiã cultus iste est, vt in hac parte omissio, vel inuisitatio Cappellæ sacræ magnæ infelicitatis agurium sit, hæc paritèr deuotio erga me fuit causa; vt elogio hoc deuotos affectus meos continere non potuerim, vti Aduocatus, & seruulus Diuæ Mariæ Columnæ, tunc in ea Ciuitate aduocationis officio fungens, & nunc in hac Ciuitate Neapolitana in delegatione, & protectione Templi Diuæ Mariæ Columnæ ædificato, Cultuque commisso RR.PP. Sanctissimæ Trinitatis, de qua etiam deuotione nouissimè loquutus fuit, *Cuenca fol.120. & nos in syndicatu p.2. consid. 32. cum sequentibus*, & testor esse inexplicabilem in Cæsaraugustanis.

*Ad nu.23.* ibi. *Ministrare feci per Aron, & alios Sacerdotes bonos.*

Hic agitur de celebratione missarum, quæ non ipso loco, in quo Cœlestialis Columna est posita in manu dextera altaris principalis Cappellæ erectæ, vbi sacra celebrãtur, & celebrata fuerunt sacrificia per Iacobum, & illius successores, collocata enim est Diuina Imago in Colũna in parte dextera Euangelij altaris Cappellæ, in qua sacra nõ celebrantur; vt diximus in descriptione; Addo quod omnibus pedũ positio negatur, nisi Cappellano destinato adornatum dictæ Cappellæ, in qua licèt puluis reperia-

 tur,

tur, ideſt in ſolo illius, in cancello argenteo; quo clauditur locus Altaris Sacrę Virginis Colũnę; vulgò dicto *rejado*(quod sũptibus Regis Baltaſſaris Caroli Philippi IV. filij factũ fuit, qui in dicta Ciuitate obijt, & Cor illius ſepelitum in Eccleſia S. Saluatoris *D. Exea in d. tract. inſtaur. Eccleſiæ S. Saluatoris 2. p. nu.* 114. *fol.* 97. *Andres in Obiliſco huius Principis*, qui iuratus Rex deceſſit anno 1646. in menſe Octobris) & in ornamentis ipſius Deiparæ; nunquam tamen fuit repertum in facie illius, vt acceptum habui à toto tempore annorum 1639. à die, quo felix illa Ciuitas Cæſarauguſtæ fuit honorata, præſentia dictæ ſanctiſſimæ Imaginis: nec in ea; & ſi de lignea materia ſit formata; quia tamen cœleſtialis theſaurus eſt, & cœleſtialis materia, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur in columnis; vt de Cęlo miſſa fuit; hodiè reperitur, idemque erit in ſequentibus ſeculis ex promiſſione ipſius Virginis Iacobi facta.

*Ad nu.* 24. *à Iacobo Virgini.*

Adde ſecundum *Lezana*, & Filio noſtro Redemptori, quia in Columna vna cum Filio coluntur Filius, & Mater, vt teſtatur *dictus Lezana vbi ſupra nu.* 76.

*Ad nu.* 26. ibi: *Speciale domicilium.*

Adde *domum, propriamque hæreditatem, & poſſeſsionem ipſius Virginis*, totius enim Hiſpaniæ poſſeſſionem accepit in Ciuitate Cæſarauguſtæ, quia eſt totius Regni Aragoniæ caput, imò Imperatrix, & Metropolis, tot Regnorum caput, & coronarum corona, vt inferiùs teſtatur noſter elogij Author *nu.* 27. eſt enim iuridicum, & vbique ordinarium, vt qui poſſeſſionem capit hæreditamenti alicuius, in pluribus corporibus conſiſtentis, vt eam in principaliori parte pedum poſſeſſione adquirat, vndè patrocinij totius Hiſpaniæ dominij, quæ titulum optimo iure in Cæſarauguſtana Ciuitate acquiſiuit, qua de cauſa *Hieronymus de Blancas* Coronationes Regum Aragoniæ, fieri ſolitas aſſerit in Ciuitate Cæſarauguſtæ, quia eſt caput Regnorũ, & firmat *Rex D. Petrus* ab eo relatus *in tract. Coronationis Regum Aragoniæ lib.* 1. *cap.* 10. *fol.* 121. illuſtratque nouiſſimè doctiſſimus, ac eruditiſſimus Dñus meus, ac colendiſſimus *D. Ludouicus ab Exea, & Talayero*; olim Locumtenens in Curia Iuſtitiæ Aragonum, cuius ſupremæ partes, incomparabileſque virtutes meritò aſſumpſerunt eum in Conſilio Supremo, ac Sacro Aragoniæ Regni *in reſponſu Maieſtatis Reginæ Mariæ Annæ tunc Tutrici, & Gubernatrici noſtri Caroli Secundi* intitulato *Diſcurſo Iuridico ſobre la inſtauracion de la Sancta Ygleſia Cæſarauguſtana en el Templo maximo de San Saluador part.* 1. *fol.* 95. *nu.* 111. qui hac de cauſa, & ratione efficaciſſima, ſolemniſſimos actus Maieſtatis Regum celebrari ſolitos fuiſſe aſſerit in Imperiali ſuprema, Regiaque Ciuitate Cæſarauguſtæ, capite glorioſiſſimæ Monarchiæ Aragoniæ, refertque in citatione *num.* 545. plura iura, rationes, authoritateſque Regum, quod etiam corroborat *ex Iſidoro dictis apud Lucam Dakerum tom.* 1. *ſpicilegij veterum pag.* 268. *l.* 39. *C. de Epiſc. & Cleric.*

Excel-

Excellentia enim huius Ciuitatis, summis encomijs, & elogijs extollitur ab historicis, & à nobis infra relatis, dicitur enim *Hyerusalem admirabilis, domus Angelica, Cælestialis Ciuitas, Habitatio sancta, Sanctificata, Protemplũ, Plenitudo sanctorum, Metropolis Martyrum*, quibus addenda sunt elogia Martini Maximi. *P.Rebar. ad Dexterum anno* 37. *com.* 1. *& anno* 50. *in principio. Idem Dexter. Chronicon anno* 41. *Baronius annal. tom.* 2. *à nu.* 303. *Iulianus Petrus in Eremiteris nu.* 17. *& in Chronicon. nu.* 405. *noster Calixtus Ramirez de lege regia* §.23. *nu.* 59. quos refert *Cuenca vbi supra*, his annectenda sunt, quæ noster elogij Author scripsit *infra nu.* 29. authoritate *Deuter.* 4. ibi: *quæ enim alia gens sit inclita*; & ideò hanc Ciuitatem, Populum honorificatum vocat, & alia, quæ ibi expendit Ciuitati huic accommodantur rectè ibi; *Virgo veluti speciale domicilium sibi constituit vsque ad finem Mundi*; & per gratiam numerari poterit inter domiciliatos Ciues, & rectè cum vt talis, quasi oneribus defensionis assistit assiduè, & inperpetuum spero; non deficiente fide in dicta Ciuitate; quam videtur ipsam assecurasse toto domicilij tempore, quo viua, per gratiam repræsentatur in Templo; quasi sacris præsente, & non permittente, quod in suo altare celebretur; ex causa forsan insinuata in descriptione Templi.

*Ad nu.* 27. ibi: *Tot Regnorum Caput, & coronarum corona.*

Quod sit caput Regnorum Coronæ Aragoniæ, aliorum concludit *Author in hoc numero*, testatur etiam *D.Gundisaldus Cespedes, & Meneses in lib. histor. Peregr. cap.* 5. vbi non solùm capitis nomen condecorat Regnum, verùm ipsam Ciuitatem Cæsaraugustæ, vbi alias excellentias dicti Regni, & Cæsaraugustæ, refert, & sequitur doctissimus noster amicus (vltra à nobis relatos *in tract. nostri syndic. tom.* 1. *in* 2. *epistola dedicat. ad Excellentiss. D. Melchiorem de Nauarra, & Rocaful Vicecancell.*) nouissimè *noster Regens Supremi Cõsilij D.Ludou. ab Exea, & Talaiero, in discurso historico instaur. Ecclesiæ Cæsaraugustæ S.Saluatoris fol.* 93. *nu.* 111. *citat.* 545. vbi plures refert authores veritatem hanc referẽdo Reginæ nostræ, ex iussu illius, in causa Ecclesiarũ S.Saluatoris, & Diuæ Deiparæ Colũnæ Cæsaraugustæ, & *nos in dedicatoria nostra ad Excellentiss. Dñum D. Melchiorem de Nauarra, & Roccaful Vicecancellarium in Supremo, ac Sacro Consilio Aragoniæ, vers. Y como. literis G. & H. D.Io: Frãciscus Montemaior de Cuenca à Cõsilio Suæ Maiestatis, & Gubernator Insul. Hispan. Indi. & Præsidens in Regia Audientia S. Dominici existens in dicta Ciuitate S.Dominici, nunc Auditor in Regia Cancellaria nouæ Hispaniæ*, qui *in epistola dedicatoria Suæ Maiestati Philippo IV. fol.* 3. asserit Reges Aragoniæ, & Regem illius Philippum IV. (qui in gloria sit) vti talem dominare Regna Valentiæ, & Cataloniæ, quod *ex Pomponio Mela* comprobat *in eius Geografia, & illius compendio, D.Iosephus Antonius de Salas in notis ad lib.* 2. *&* 3. *cap.* 6. *P. Claudius Clemente in eius tabulis anni* 2273. *&* 2657. *Mendez Silba d. tit. descript. Regni Aragoniæ cap.* 2. & sequitur *Hieron. de Blancas in commentarijs rerum Aragoniæ pag.* 100. *P. Murillo in excellentijs Cæsaraugustæ*

*gustæ tract.2.cap.2. Ramirez tract. de lege regia in princ.nu.35.& 36. Zurita lib.6.cap.76.* & in alijs partibus, vbi loquitur de relatis Ciuitatibus *Martial.lib.4. epigram.55. lib.1.epigram.50.& 62.& in lib.12.epigram.18.* vbi *Domitius, & Georgius in notis & lib.10. epigram. 103. & 104. Iulius Cæsar in suis commentar.lib.1.de bello ciuili post medium, P. Marianna histor.Hispaniæ lib.2.cap.7.* repetitque prædicta *in d.dedicatoria fol.117.à tergo in nu.2. vbi authores laudat.* Ex quibus Reges nostri in varijs foris, & procemijs fororum se indicant, & nominant authores huius propositionis, quod scilicèt Regnum Aragoniæ *sit Caput,* vt videre est in procemio fororum D.Iacobi Primi (qui successit D.Petro suo genitori anno 1213.) in Curijs celebratis in Ciuitate Oscæ anno 1247. vbi sic prorumpit Aragonensibus verba (nõ precibus importunis, vt eruditus author *Reg.Supr.Sacr.Consilij Arag.D.Rafael Viloja* testatur infra laudandus) sed motu proprio, certaq; scientia, & nota veritate, *Nos Iacobus Dei Gratia Rex Aragonum, Maioricarum, & Valentiæ, Comes Barcinonæ, & Vrgeli, & Dñus Montis Pesulani, &c.* ibi: *Intendes pacis prouidere temporibus sollicitudinem nostram ad foros Aragonum, per quos ipsum Regnum regatur. Primo porreximus, eo quod Regnum illud* sit Caput *nostræ celsitudinis principale.*

Rex D.Petrus IV. huius nominis, & Secundus in foris faciendis, successor Alphonsi Tertij sui genitoris anno 1325. in Curijs Cæsaraugustæ celebratis anno 1349. sic ad propositum, Regnum Aragoniæ exaltat honoribus, qui condecorãdo naturales illius Regni, ait: *Inter cæteras sollicitudines, quibus animus noster ad diuersa protrahitur, frequenter ad Statum Regni nostri Aragonum versimus Regiæ considerationis intuitum, multiplexq; ratio nos inuitat, vt ad ipsum Regnũ* specialis affectionis *animum habeamus, nàm dùm primogenituræ, & generalis procurationis titulo fungebamur; apud illud multa tempora ætatis nostræ percurrimus; & in eo (fauente Deo) cum ingenti incolarum Regni eiusdem desiderio habuimus progressum ad apicem Regiæ dignitatis.*

*Idem in proœ.foror.anni* 1362.ibi: *Quod principiũ, &* caput fuit, *& est nostræ regiæ potestatis, Martin. Rex in prœm.fororum anni* 1398.ibi: *Per potentiam Bellicosam, exterminatis inimicis subijcimus cum triumpho ad dictum Regnum Aragonum, quod dominationis nostræ Regnum est principale, ex quo ex diuina ordinatione successimus remeantes in Ciuitate Cæsaraugustæ, quæ præ cæteris Regni prædicti Ciuitatibus est notabilis, & insignis, in qua Reges Aragoniæ coronantur, & regalibus signis decorantur.* Meritò enim naturales huius Regni condecorat, sunt enim Celtiberi, de quibus factis magnis sermonem instituit *Ramirez in tractatu de lege regia in initio num. 35. 37. & 38. ex Apiano Alexandrin. de bellis Hispaniæ in principio,* illud tamen dicit, & meminit *Lucanus lib.5.* cum alijs, quos refert *Guliel. Benedict. in cap. Raynuntius verbo si absque liberis num.40. & 41. Roderic. Santi. histor. Hispaniæ part.1. cap. 13. in fine. Diu. Isidor. Ethimolog. lib. 9. cap. 2. Valer. Max. lib.2.cap.6. de externis institutis* §.11. *P. Claud. Clemen. Tabulis Chronolog. anno mundi 3868. & 3890. noster supr. citatus Cuenca in dicta*

*epist.*

*epist.dedic.* vbi nostri Regni Aragoniæ, Celtiberiorumque, magnalia refert, & principium tribuit nostris Aragonensibus, ex quibus talia beneficia, laudes, & honores extollit tantorũ Regum, vt fauoribus digni sint Aragonenses, epistolamque Regno scripsit illud intitulando, *Caput Coronæ Aragoniæ*, idem qualificatur, probaturque sententia D. Ioannis Secundi Regis Aragoniæ, & Nauarræ in Curijs Calataiubij anno 1461. prælationem ex hac causa declarando in cõcursu Vicecãcellariorũ particulariorũ aliorũ Coronæ Regnorũ Cataloniæ, Valentiæ, & Aragoniæ, huic dando eam in exercitio Vicecancellariatus Aragonię in Regnis, vbi non est priuilegium, quod sint naturales Vicecancellarij in illis verbis: *Fororum primi, & secundi repetitis tit. de officio Cancellarij, & Vicecancellarij*, ibi: *Que concorriendo en de otro Canceller, ò Cancelleres de otros Reynos* (intellige Coronæ Aragoniæ) *ò Reyno, que el de Aragon*, como cabeza *de nuestros Reynos sea preferido, e aya de exercir, y exercisca suo officio, y no otro.* Ex quibus verbis, & Regum repetitis placitis, in electione Vicecancellariatus à Regibus facienda, pariter Reges nostri aliqua prælatione cum Aragonensibus vsi fuerunt, ex illis frequentius eligentes Vicecancellarios generales Consilij Supremi, vt à die, quo officium hoc fuit creatum, experientia docet; quod notu dignum relinquimus scriptum, *in dicta epist. dedic. ad Excellentiss. D. Melchiorem de Nauarra, & Rocaful*: Constat enim ex tridecim Vicecancellaribus electis à descendentibus nostri Catholici Regis Ferdinandi, septem fuisse Aragonenses electos, attentis etiam dicti Regni seruitijs consideratis *à Cuenca vbi supra fol. 10. vers. Y siempre*, duo ex Catalanis. Quatuor ex Valentinis; dempto viginti annorum tempore; quo Pręsidentes fuerunt electi dicti Supremi Consilij, Marchio scilicèt de Motesclaros successor D. Andreæ Roig Vicecancellario, Illustrissimus D. Henricus Pimentel Episcopus Cuenchæ, Dux Alburqueque, & vltimus Cardinalis de Borja Archiepiscopus Toletanus.

Hac ratione pluribus Regnum Aragoniæ condecoratur titulis, & pręheminentijs, alijs non concessis, est enim prima pręheminentia Regni Aragoniæ, in eadem ratione fundata, quia Rex noster (salua sua clementia) leges stabilire nequit, & Curias celebrare Aragonensibus extra dictũ Regnum, *for. vnic. de Gener. Curia*: secus autem est respectu Regnorũ Cataloniæ, & Valentiæ, quorũ naturales tenentur à Rege vocati venire ad Regnum Aragoniæ, si ipse Rex assistit, vti ex iuris dispositione in dominis vassallorum vassallos vocantibus, curiosè docet *D. Io: Chrystophorum de Suelbes cons. 60. in centur. per totum, & signanter nu. 6.* & in Regno Neapolis testatur curiosè *Anna singul. 560. incipit vassallus, Capiblanco de Baronibus pragm. 3. nu. 13. Thoro in compend. decis. Neap. verbo Vassallus fol. 565.* & ideò pluries solitum est, in Villa, siue Oppido Montis soni, in quo leges conficiuntur generales, & Curiæ celebrantur omnibus Regnis Coronæ Cataloniæ, & Valentiæ, dicta autem Villa de Montisone in Regno Aragoniæ existere notum est.

Est

Est deindè altera proprijssima Capiti, & congruens paternæ curæ, vt scilicèt in comitijs, & curis, vel extra prouidere vtilia dictis Regnis, Aragoniæ Regno supplicante Maiestati Domini Regis in beneficium ipsius, & aliorum Regnorum dictæ Coronæ Regiæ, *for. vnic. tit. Pribileg. General. §. item que cada vno*, & in anno 1626. *in foro sub tit. de Vicecancell.* vbi (supplicante Regno Aragoniæ) quod Vicecancellarius generalis sit naturalis Regni Aragoniæ, Valentiæ, vel Cataloniæ cũ prælatione, quod prima electio sit Aragoniæ, in quo obtinuit gratiam in Curijs, vt testatur *D. Raphael Vilosa inferius laudãdus in dissert. 5. n. 105.* & *nos in syndicatu in 1. epist. dedic. in persona nostri Regni Illustriss. D. D. Matthiæ Baietola, & Cauanillas in electione ipsius*; in quibus prælationẽ supplicatã in beneficio Aragoniæ Regni, concessit, non legem in hac materia perpetuò stabilitã prębuendo, *Vilosa vbi supra*; quod iterùm repetitũ fuit anno 1672. iustis præcedẽtibus supplitionibus Regni Arag. porrectis Marię Annæ ab Austria Tutrici, & Gubernatrici personæ, & Regnorũ Caroli nostri Secundi in electione facienda ob mortem Excellentissimi Domini D. Chrystophori Crespi de Valdaura, quæ absq; lege paritèr, cum eadem prælatione Regni sequuta fuit electio petita in persona *Excellẽtissimi D. D. Melchioris de Nauarra, & Rocaful Ducis Palatæ, & Principis Massæ*, quod nos scripsimus *in dedicatoria secunda primi tomi syndicatus* (& miror immemorem fuisse hac electione *D. Locumtenentem D. Raphaelem Vilosa in dicta dissert. 5. nu. 107. in tractatu de fugitiuis*) Eandem pręheminentiam considero *in foro tit. de las plazas de Italia, Indias ordines, Inquisicion, Estado, y Guerra, y otros de la Corte de su Magestad anni 1626.* in quo suis naturalibus gratias in dicto foro supplicante; dicto Regno Aragoniæ; in Curijs ipsius Regni, etiam obtinuit pro Regnis Valentiæ, & Cataloniæ seruitio vnionis concurrentibus, cum Regno Aragoniæ; quod magnum contribuit per spatium quindecim annorum in duorum millium militum stipendio; quod etiam fuit repetitum in Curijs anni 1646. & continuatum vsque ad recuperationem Regni Cataloniæ, consultatione mea; vti Regni Aduocato, existente, tunc Prorege anno scilicèt 1650. Excellentissimo Domino Comite de Lemos enunciata *in obseruat. ad nu.* Ideòque Reges nostri, magna æstimatione Regum Aragoniæ habuerunt, vt testatus fuit Rex D. Petrus IV. ibi: *specialis affectionis animum habeamùs*; vt anteà testatus fuit *Ramirez de lege regia in epistolà dedic. ad Deputatos Regni*, ex alijs magnis seruitijs motum fuisse, vti in præsenti; quæ seruitia incrementum magnũ tribuerunt Principis munificentiæ, augmentum enim recepit Regis Philippi IV. gratia in foris anni 1646. in quo officia certa, in Regnis totius suę Monarchiæ conferenda Aragonensibus stabiliuit, dictorum seruitiorum continuatione obseruata, in acquisto Regnorum Monarchiæ, enunciato etiam seruitio vltimo recuperationis Cataloniæ, de quo mentionem fecimus alia *obseru. nu.* . in quo etiam interueni; consilio Regno dato, pro militum expensa, de quo elegans consilium confecit Magister meus *Suel. cons. 42. in 2. semic.*

Licèt

Licèt enim Regis affectionis magna sit causa, vt Regnum Aragoniæ *Caput* sit omnium Coronæ, & celsitudinis Regum, vt pluries testati fuerunt *Rex D. Petrus in proœmio fororum supra relato, & alij Reges*: & ex ea etiam oritur alia preheminentia pręstandi iuramenta fororũ,& celebrandi Coronationes in Regno Aragoniæ, prius quam in alijs Regnis, vt curiosè, ex Règum placitis stabilitũ est in casu relato *à D. Ludouico ab Exea, & Talaiero in dicto suo discursu historico, & iuridico pro restauratione Ecclesiæ Sancti Saluatoris Cæsaraugustæ nu.* 111 *.in citatione marginali nu.* 547*.& Cuenca in dedic. in tract. de inuestigatione nobilitatis Regni Aragoniæ*, in iuramento præstito à Rege D. Petrò Quarto, vbi contentione magna præmissa, cum Catalanis, pro Regno Arag., vt in eo prius iuret, coronãq;accipiat iudicauit, quod etiam refert vbi supra *Regens Exea in citatione marginali* 545.

Alia etiã ea ratione, & ex historijs pręheminentia inducitur,ad debitũ hunc titulũ Capitis Coronæ Aragoniæ Regno;Quæ magni ponderis visa mihi semper fuit, in historia Regum Arag. in interegno successo in morte D.Martini 21. Regis anno 1410. 30.Maij,in quo aspirantibus ad successionem (Ludouico Duce de Anjous, D. Alphonso de Aragon Duce Gandiæ, & Comite de Ribagorza,D.Iacobo de Aragon Comite Vrgeli, D. Fadrique de Aragon Comite Lunæ, D.Ferdinando de Aragon Infante Castellæ) contentione magna orta inter dictos; & iure deuoluto Regno, in electione Regis; nominatis ex tribus Regnis nouem electoribus, siue Iudicibus elegerunt locum iudicij in Regno Aragoniæ in Villa de *Caspe*; vbi iuribus partium allegatis; consideratisque à dictis Iudicibus lata fuit declaratoria sententia in beneficium infantis D. Ferdinandi filij Regis D. Ioannis Castellæ(& iste filius D.Henrique Comitis Trastamaræ; qui etiam fuit Rex Castellæ) & D. Leonoræ filiæ D. Petri IV. Regis Aragoniæ. Inducitur rectè hoc iudiciũ, ad probãdũ Coronę titulũ *Capitis* dicto Regno Aragoniæ cõpetere,& certè videtur innegabile,ex quo electis electoribus,ex dictis tribus Regnis ad hunc actum celeberrimum eligerunt locum Regni Aragoniæ: æquum enim visum fuit, vt electio capitis Regis (qui est Regnorum Coronæ *Rimirez de lege regia* §.5. *per totum*) eligatur in Regno, quod Caput Coronæ est; Quod meritò factum fuit in Villa de Cespe 28. Iunij anni 1412.vbi pręcedente missa Spiritus Sancti, à D.Dominico Ram Episcopo Hoscense,& Iudice electo;cõtionanteq;S. Vincẽtio Ferrerio;fuit lecta sentẽtia ab eodẽ(postea in Sãctorũ Catalogo posito à P.M.Calixto III.) ad fauorem dicti D.Ferdinãdi infantis Castelle vti filij sororis D.Martini, de cuius successione agebatur,cuius laconicam, & breuem relationem retulit *Cuenca Maiest.D.Philippi IV.in dedicatoria supra citata à fol.*60.*vsque ad* 66. Et licèt clemens motiuum,& præ manibus habitum, ex talibus seruitijs oriatur,alia causa à me querenda est, altior, & dignior, quæque quasi diuinitus Regum excitauit impulsum ad inscribendum Regnum hoc nomine Capitis totius Coronæ, ac omnium scriptorũ pœnas ad sic sentiẽdũ, & dandũ istud titulum huic nostro Cel-

tibero Aragonum Regno, ea certè nascatur ex assistentia Virginis Mariæ in hac Ciuitate, & Regno, antiqua dedicatione illius Templi, qua facta est Regnorum, & Ciuitatum; in excellentia; prima, vt inferius dicam *in obseru.29.* vndè certius certo, hac in re dubium cadere, nunquam credidi, cum Regnũ dictum titulis, placitis Regũ, foris, authoritatibus naturaliũ, & exteriorum, tot excellẽtijs vallatũ sit, hoc Regnũ esse Caput totius Coronæ, taliter quod ipse *Suelbes* indubie in hoc interrogatiuè dixit: *Nonne Ciuitas Cæsaraugustæ Caput Regnorum, & Corona Coronarum est?* Sed cum vno solo viro doctissimo, literatissimoque, virtutum cumulo ornato, prædictũ titulũ; vti nouã rem; negare placuit huic Regno Aragoniæ, satisfactionem eidem reddere dignum decreui; hic est Spectabilis Dñus D. Raphael Vilosa Regens Supremi Sacri Cõsilij Aragoniæ, & Collateralis Regni Neapolis, Locumtenens in Regia Camera Summaria, qui *in tract. de fugiti. dissert. 5. nu.* 135. duos reprehendit Aragonenses (& potuit infinitos alios) & nos acriter increpat, in duabus foralibus assertionibus, ex d. titulo dimanantes, scilicèt primam, quod sit Aragonia *Caput Coronæ Regnorũ*, errore certè ductus in intelligẽtia, dicti, D. Petri Regis Primi inordinatione, quam tradit *Blancas in tract. de Coronatione Regum Aragoniæ fol.* 121. ibi: *In Ciuitate Cæsaraugustæ, quæ est Caput Regni Aragonum*; & quia non dixit *Regnorum Coronæ*, sed Aragonum tantùm, infert consequentiam, *quod in dicta Regis assertione, Caput non est totius Coronæ*, sed; omisso; quod loquitur de Cæsaraugusta, respectu locorum Regni, vt parte principale; non vt Regni totius respectu Regnorũ Coronæ; incongrua est consequentia, & eodem argumẽto, cũ eodẽ Rege affirmari rectè posset, & sic argui, *est Rex Aragonũ, ergò non est Cataloniæ, & Valentiæ*; Vndè tanquam fallax, veritati oppositũ procemijs, & foris relatis, rationibus, authoritatibus, & vestigijs inductis, reputandum est inefficax. Vndè alio vtitur argumẽto, quod vti format nobis inepte imputat, quod nunquam mente cogitauimus; asserit enim ipse, quod nos asserimus; ideò Caput esse Regnorum Coronæ Aragoniæ Regnum nostrũ, quia eius Vicecancellarius particularis in dictis Regnis prælationem habet omnibus alijs Regnis Coronæ, *ex foro* 1. *&* 2. *de officio Vicecancellarij*, & nos simulatione exceptionis dicti fori conuincere nititur, nostrum argumentum inefficacem esse, in casu fallentiæ dictorum fororum regulæ, scilicèt vbi adest specialis Vicecancellarius in illis verbis: *Nisi in Regnis, in quibus etiam reperitur specialitèr Vicecancellarius*, sed legantur fori, in quibus talia deficiunt verba, sic enim amborum fororum tenor est: *Statuimos, que si conteçerà el dito Cancellor de Aragon ir con nos, o nuestros successores, Lugarestenientes generales, ò primogenitos en los otros Reynos, e tierras do, no se tendran el dito priuilegio (este es, que los Oficiales sean naturales) que concorriendo inde otro Vicecanceller, o Cancelleres de otros Reynos, que el de Aragon, como* Cabeza *de nuestros Reynos sea proferido, e haya de exercir, e exercesca su officio, e no otro alguno.* Vndè fallentia regulæ dictorũ fororũ non stat in sola existentia Vicecancellarij illius Regni, sed in existentia priui-

legij,

legij, quod Officiales sint naturales in illo Regno, ex quibus clarè colligitur, argumentũ alitèr formandũ esse ex litera sic: concursus Vicecancellariorum Regnorũ Coronę Aragonum, in singulis Regnis dubium mouet. *Quis ex illis extra Regnum Aragoniæ exercere debeat cum Rege asʃisten tibus*; in hoc regula est certa, *quod Vicecancellarius Aragoniæ*, ea ratione regulæ, quia Regnũ dictum *est Caput aliorum Coronæ*; limitatio est, quod hæc regula cessat, *si tale Regnum habeat priuilegium, quod sit Vicecancellarius dicti Regni, regnicula, & naturalis*, vbi concursus euenit, tunc si Vicecancellarius Aragoniæ, non habet priuilegium naturalitatis dicti Regni, ex defectu huius qualitatis in Vicecancellario Aragoniæ, iste non exercebit officiũ suũ, ex hoc tamen non tollitur, *quod sit Caput* Regnum Aragoniæ aliorum Coronæ, cum Vicecancellarij exercitium, non cesset tunc ex defectu rationis regulæ, *quod sit Caput*, sed ex defectu naturalitatis in iurisdictione contentiosa, secus inuoluntaria: & hoc idem sentit clarè noster *Cuenca* (cum Rege Philippo Quarto loquente) *in dicta dedicatoria fol.* 130. ibi: *Siendo el Vicecanceller natural del Reyno, y hallandose presente en el, con V. Magestad, puede exercer, y exerce, toda juridicion voluntaria, y contenciosa, indistintamente. Y serà lo mismo, si se hallare presente con V. Mag. en qualquiera de los Reynos de la Corona, que no requiera precisamente, por especial ley suya, la calidad de ser natural de aquel Reyno. Y entonces (faltando este requisito de naturaleza) podrà exercer la voluntaria jurisdicion, prefirirà, y presidirà (aunque sin voto en lo contencioso y de justicia) en los consejos, y juntas; como inmediato à V. Magestad, de la manera que lo hacen los Virreyes; aunque estrangeros del Reyno donde se hallan; en lugar, y ausencia de V. Magestad. Y por que cesando su exercicio con la Real Presencia, cesa tambien el officio de Virrey, Lugarteniente de V. Mag. hallandose presente en sus Reynos (ò el Gouernador primogenito succesor de V. Mag.) mas no cesa el officio de Vicecanceller, cuya representacion, es la mayor, sin que aya otro Ministro mas proximo è inmediato à V. Mag. en Aragon. No siendo natural, (y hallandose en el Reyno; ausente V. Magestad; exerce su officio, y jurisdicion, el Regente de la Real Chancilleria, vsandole plenamente con el Virrey, y Lugarteniente General; y con V. Magestad presente) exerciendole como se à visto, y en la forma que se à acostumbrado*; curiosa admonitio *ad D. Crespi Valdaura in nu.* 22. obseruat *Spect. Vilosa d. differt.* 5. *nu.* 66. Quod si vtriusque Regni naturalitatem habuerit Vicecancellarius, ex dispositione legis, vel aliter naturalizatus; in vtroque Regno exercebit.

Exemplo probatur; Archiepiscopus Cæsaraugustæ, est Vicecancellarius, & Primus dicti Regni Prælatus; sorte sortitus in officio Regni, ex dignitate Prælaturæ, in officio Deputati Prælati: quando extrahitur, si est naturalis Regni, est Vicecancellarius, & Deputatus, euenit, quod extraneus est, tempore extractionis, iste non exercet deputationis officium, & fit alia extractio alterius naturalis, sed non obest hoc prælaturæ, vt non sit primus Prælatus, & Vicecancellarius Archiepiscopus, vndè quia casus limitationis, ex diuersa causa prouenit, in dicto foro, scilicèt ex defectu naturalitatis, non ex eo quod Regnum Aragoniæ non sit *aliorum Coronæ*

*Caput*, quæ fuit expressa in dictis foris, vndè hoc casu, si alterius Regni, vbi de exercitio dubitatur, sit naturalis, quia ibi natus, vel naturalizatus est, ex dicto foro in vtroq; Regno integrũ exercitium habebit, quia cessat impedimentum fallentiæ existens in defectu naturalitatis, ex diuersa causa proueniente, vndè tanti viri argumentum fallax est, ex diuersitate rationis regulæ, & fallentiæ, qua existente, illatio fieri nequit, *l. Papinianus exuli cum vulgatis ff. de minoribus.*

Ex his conuictus; forsan ipse Locumtenens Vilosa; affirmat *Caput Regnorum esse*, existentiam realem non habere, nec in fructu esse, sed tantùm existere in rationis entitate; ideòque faciliter concedere posse ait Aragonensibus, *quod Regnum illorum sit Caput Coronæ*, vndè quod, egrè tulit, vt falsum confutare nititur, vt perniciosum ammouere, vti ridiculum æstimandum, regioq; edicto delendum contendit, est, quod ex dictis authoritatibus, & dispositionibus fororum, in dicta dedicatoria scripsi ipse, *aliquando Aragonenses Prælatos fuisse naturalibus aliorum Regnorum Coronæ in prouisione officij Vicecancellarij generalis Supremi, & Sacri Consilij Aragoniæ, (quod Matriti residet ab anno* 1494.) *& quod ex hac causa à munificentia Regum Aragoniæ habuerit sæpius repetitam electionem, ex tridecim Vicecancellaribus, qui electi reperiuntur à dicto tempore*; (*vt supra diximus*) si hoc tantum expenderet, quid impugnandũ minimè esset, nàm cõtrà nos (& si insurgat inurbane calamum in gladium vertendo) nihil iniustum assereret cum frequentia electionum indicaret tantum fauorem, quæ in electionibus Aragoniæ Regnum recepisset; sed quod deterius est, cõsiderandumq; in tanto viro est mihi imputare, quod nunquam cogitaui, nec scripsi, scilicèt quod *ex hac causa, ex Aragonensibus sit necessaria electio*, sic enim vtitur verbo *debuit*, Hispanico sermone *deban*, & iuditio meo imputat electionem esse faciendã verba ipsius, sequentia sunt: *Quod ex illo falso antecedente colligit supradictus D. Ioannes Chrysostomus de Vargas Machuca, vbi supra, videlicèt hinc oriri, vt* debeant *sæpius creari Vicecancellarij Aragonenses, quam Catalani, & Valentini, quia Aragonia* Caput est *cæterorum* Regnorum *Coronæ*; refertque verba mea; qua sola relatione, me à dicta reprehensione defendit certè, cum in meis verbis deficiant verbum *debeat*, quod in tuto me ponit notoriè, & oratio mea ex hac causa cum Socrate debeo silentio vti. Verùm vt clarius veritas appareat ex verbis meis ab eo relatis expendam ea, *Fauoreciendo con alguna prelacion al* Reyno *de Aragon, en queste sea elegido de su* Reyno *por ser Cabeza de todos, de que ha nacido ser mas frequentes los Vicecancelleres de Aragon*. Quæro, vbi est verbum *debeat*? nostro vulgare idiomate *deban*, cum omnia verba dicti fragmenti fauorem tantum induncant, & recognoscant, quod necessitati contrariatur valdè, & exinde, cũ ex dictis verbis incolumen relinquamus Regis electionem, liberamq; in dicto officio: qui libertatem tollit, eique opponitur, summoperè ipse doctissimus D. Raphael Vilosa est, qui pro alternatiua electione dicti officij valde contendit, & summæ Regaliæ se opponit, in tota dissertatione,

maxi-

maximè *à nu.* 110. *vsq; ad* 344. cui liberę electioni Reges, alternatiuæ occurrẽdo supplicationi, sæpiùs noluerũt se priuari, vt ipse testatur *in n.* 108. qui de hac interrogatus alternatiua, certum quid respondere non potuit, ibi: *Sed non semel interrogatus fui, an inter foros, seu constitutiones Regnorum Coronæ reperiretur aliquid dispositum circa electionem personæ, vnius, vel alterius Regni, & negatiuè respondit*; quod certissimum est, nihilq; esse dispositum, vndè electionum frequentia, beneficium Regni, & fauorem respicere certum est, meritaque indicare, verum enim est, quod sæpè sæpiùs supplicata est gratia Regibus, quod Vicecancellarius eligatur à Rege, ex subiectis melioribus Regnorum Coronæ, & nunquam fuit consecuta via legis in Curijs, vt libertas in electione non ledatur. Aragonenses electionem ex naturalibus totius Coronæ supplicarunt, & nè ambitiosa redderetur petitio pro Aragonensibus tantùm, (& si iusta esset) in prælatione in prima electione contenti fuerunt, vt *in foro anni* 1626. *tit. del Vicecanceller*, & in petitione à Curia prorecta, anno 1646. quam *Dñs Vilosa* tradit *in d. dissert.* 5. explicando per Deputatos Regni Aragoniæ; primæ electionis desiderium in beneficium D. Antonij de Aragon; electus postea Cardinalis ab Alexandro Septimo; qua de causa vti filius dicti Regni frequentiorem electionem, ex subiectis Regnis iudicaui, non ex necessitate, sed ex munificentia Regum mota, ex iustis titulis non restringendo regaliam propriam: affectio enim mea, erga patriam nunquam ambitiosa fuit; & si ob amorem illius plura scripserim, nihil iniustum pro ea publicatum videbitur, sed semper fauores Regni, cum regalijs Maiestatis Regis temperati leguntur in meis scriptis, in tractatibus, & decisionibus à me publicatis, in honorem Dei, Regis, & Regni, quod etiam factis, manifestum feci, in duobus tomis syndicatus mei, vbi plura dixi vtilia, & ductibilia in viam veritatis, & iustitiæ, manuductio enim tractatus ille est, ad exercitium iustitiæ, & illius rectam administrationem in syndicatu, estq; communis omnibus, qui in dicto iuditio necessariè adsunt, vt scripsi in prologo, & epistola ad lectorem, & ideò d. tractatus contexturam laudatam, & approbatam cũ dictamine meo accepi, ab Exc. D. Chrystophoro Crespi de Valdaura Vicecancellario Sup. Conf. Arag. epistola honorata, & condecorata proprijs expensis, & seruitijs; vndè valde sentio, quod id, quod nolui, nec cogitaui, cum dedecore mihi adscribatur contrà regalias Regum, & foros, quos illustraui in dicto tractatu, & à corruptela liberaui, vndè contrà me scriptum à dicto Spect. Viro repellenda videntur, vel clementiæ Regis deferendum, & totam illius dissertationem considerandam, in qua data prælo reperitur pro alternatiua electione, regalię Maiestatis opposita scriptum. Quod valdè miror de hoc insigne Viro est, quod non habemus concessam gratiam, vt ex Regnicolis electio fiat totius Coronæ, & tractat de alternatiua! caret enim in genere gratia, quam Regna desiderant, & contendit de modo vtendi contrà libertatem Regis, regaliamque, & si enim in Curia anni 1646. similis

lis gratia supplicata fuerit à Regno Aragoniç, vt refert *Spectabilis Vilosa*, à Regina Maria Anna repulsa fuit limitato decreto orto pro illa *vice tãtum*, & sequuta electio in personam dicti D. Melchioris de Nauarra, & Rocaful, ipse verò in dicta epistola fauorem Regis defendidi, nõ restrictionem electionis ex Aragonensibus tantùm, sed ex totius Coronæ subiectis, vt facta fuit à Rege Ferdinando informatione, & institutione huius Magistratus in prima electione, secunda, & tertia ex Aragonensibus cõtinuata à Regibus alijs; interpositis ex alijs Regnis à successoribus; & à Philippo Quarto anno 1646. in persona D. Matthæi Baietola, & Cabanillas præcedente Regni supplicatione pro subiectis totius Coronæ, quod etiã fuit à Regina D. Maria Anna de Austria continuatũ in supradicta electione dicti Excellentiss. D. Melchioris de Nauarra, & Rocaful anno 1672. quas ipse *D. Raphael Vilosa* refert *in dicta dissertatione* 5. §. 1. *nu*. 107. Tanti fauoris Regni in hac electione aliam non inuenio causam, nisi quam ipse Rex D. Ioannes Secundus expressit in *dictis foris* 1. *&* 2. *de officio Cancellarij, & Vicecancellarij*, in prælatione concessa Vicecancellario Aragoniæ particulari in concursu aliorum Vicecancellariorum Regnorum Coronæ, ibi: *Como Cabeza de nuestros Reynos*; munita authoritatibus, dictis, & placitis Regũ Aragoniæ supra relatis, quorum post hæc scripta curiosam obseruationẽ, vide *apud Reg. D. Ludou. de Exea, & Talayero vbi sup. n*. 111. *cum Beluga, Zurita, & Blancas*, vbi refert iuditium Regis Petri Quarti, qui Catalanis, & Aragonensibus contendentibus super prelatione Coronationis, iudicium dedit pro Aragonensibus, vt priùs in Regno Aragoniæ Diademam, seù Coronam suscipiant Reges, legesq; iuramento cõfirment, quam in alijs Regnis Cataloniæ, & Valentiæ, de quo etiã meminit *Zurita lib*. 8. *annalium cap*. 40. *& in Chronica lata ad annum* 1336. *Blancas in Commentarijs Aragoniæ pag*. 190. ibi: *Tandem Cæsaraugustæ prius Regales, siue Diadema imponendum constituit*; de quo etiam meminit *Cuenca* loquens in Coronatione dicti Regis D. Petri Quarti *fol*. 45. *in fin. &* 46. *in principio*, Vndè aliam quçrere rationem infructuosum est, cum sit vnica, & substantialis, censorio Regum munita, cui iuuat ratio subrogationis Vicecancellarij generalis, in locum particularis Regnorum electi, quç debet esse cum eisdem qualitatibus, & prærogatiuis, quibus particulares Vicecancellarij vtebantur, vndè cum Regni Aragoniæ sit prælatio definita in fauorem particularis Vicecancellarij Aragoniæ, *in dictis foris* 1. *&* 2. *de officio Cancellarij, & Vicecancellarij*; ex ea argumentum rectum proponitur (vbi nihil contrà Regnum est scriptum) vndè cũ in fauorem Coronæ totius non sit declarata electio, ex hoc argumento, aliquando prçlationem rectè Regnum Aragoniæ desiderat, ideòque sæpè gratia, quod electio fiat ex Corona petita appparet in Curijs cum prælatione, quod prima sit ex Regno Aragoniæ, quod obtentum non semel est, sed pluries, ideòque in dicta supplicatione Deputati loquantur nomine Regni, illud inscribendo *Caput totius Coronæ*, quod notum fuit *D. D. Raphaele Vilosa* referente

suppli-

supplicationem Regni de anno *1646. nu. 9.* ibi: *Y por ser el de Aragon Cabeza de ella fol.* 149. aliam verò quęrere in meritis notorijs Aragonensiũ fundatã, inuenire potui, sed omisi, in his enim melius est silere *Maxi. ser. 2. ex Socrate*; sed tamen quia ipsi Catalani eam expendunt pro ea hoc in loco in memoriam duco sententiam ipsius *Raphalis Vilosa in d. dissertat. 5. nu.* 141. quæ licèt inefficax ei visa fuerit, vt *Caput Coronæ Regnum Aragoniæ* sit; fallitur certè, ex meritis enim, si non finalis causa oriatur, vt hoc nomine inscribatur Regnum, erit impulsiua ad prælationem aliquam obtinẽdam in electione, vel exercitio officij Vicecancellarij; vt fuit considerata in aliorum officiorum prouisione, *in foris anni* 1626. *tit. Plaças para Aragoneses en diuersos Consejos*, & in anno 1646. vbi nouitèr indicantur seruitia in recuperatione Cataloniæ; non ergo est hæc superioritas Capitis Regnorum Coronæ, inaudita propositio, vt testatur ipse curiosus Vir *n.* 141. sed à Regibus præconicata in procemijs fororũ, & foris nata cum eorum fidelitate, vt paulò inferiùs probat, & ipsi testãtur Reges, & malè restrinxit hoc dictum, *quod sit Regnum Aragoniæ Caput* ad sensum duorum (vt ipse dixit) grauissimorum Virorum Aragonensium *in d. dissertat.* 5. *nu.* 135. Cum primò fuerint tanti Viri historici exteri, & naturales, qui dictum titulum Capitis tribuerunt Regno Aragoniæ, sed ipsi persuadeo, ideò restrictione vsum fuisse ad duos tantùm, vt aliquo modo causã reprehensionis ordine coloraret: licèt enim ex celebrioribus scriptoribus, vel illustrioribus Viris sine accusatore pauci sint, vt curiosè *ex Nathem de iust. vulnerata p. 2. tit. 3. cap. 3. num. 3. & Gueuar. in orologio Principum* obseruat *Excell. D. Chrystophorus Crespi de Valdaura in epistola Beneuolo Lectori in principio obseruationum decisionibus illustratis*; quod vnus alium increpet, plures, etiam plures toleratum: nunquam tamen licitum fuit, vt vnus plures reprehendat, cum dictum vnius sit, dictum nullius; & in duobus sit veritas, & maximè in pluribus communis sententia, contrà quos reprehensio reprobata est, cum temeritatis nota immunis non sit; & si vires Herculeas reprehendens habeat notorias, vt *in Spect. Vilosa* agnosco: Sed dùm de hac fidelitate Aragonensium verbũ feci, resideo in ea, nàm cum sit cõmunis Regis, & Maiestatis diuinæ, & humanæ altiorem infero causam, & rationem inuenio, ea enim expressa est Iacobo à Deipara Maria, cui residere promisit vsque in finem Mundi in Cęsaraugustæ Ciuitate, ex fide orta; & condecorata ab omnibus, in qua nomen habuit *Hyerusalem*, & etiã facta fuit Ciuitas metropolis, & Regia, imò Imperialis metropolis, totq; Regnorum Corona Coronarum, vt testatur *doctiss. Chrystophorus de Suelbes cons. 44. vers. Hyerusalem*, vndè diuina, & humana ratione reprehensio vertitur in ipsum *Spectabilem Raphaelem Vilosa* negantem *in num.* 141. (prædictis verè cognitis) Aragonensibus, eiusq; Regno preheminentia hanc, quam, ex ore Virginis, Regumque Aragoniæ in titulum quasi habuerunt; & inutilitèr vagatur, dùm in inferioribus nixus titulis *Capitis titulum* negat, ex vnione Regnorum, antiquioris originis ratione, ampli-

tudinis

tudinis Regni, vel in ægregijs factis, & insignis, quia ( dempta amplitudine Regni Cataloniæ in territorio ) omnia prædicta Aragoniæ Regno assistere, verius est, & si locus iste aptus ad hoc esset, clarè ostenderem contrariũ;sed nũc cõsidero,quod ratio sola nominis Regni Arag.,titulum Coronæ capitis indigitat, quod nemo ausus fuit negare;& quod grauitèr ipsi sentio est,quod verba mea alijs attribuãtur, ex fallaci inditio, coniecturauè diuersitatis cartæ,atramenti,& caracteris,glorior enim ea dixisse, & scripsisse, quæ vera sunt, & honorem Regni, Regumque regalias defendunt,quæ Reges,& Regna honorificãt,& si quæ ipse (iuditio suo) meo calamo tribuit, dixerim ex foris, & meritis vassallorum, & munificentia Principis confirmassem,& rectè.Ex quibus optima nascitur Apologia in fauorem duorũ virorũ Aragonensium,quos dictus doctissimus Vir reprehendit *in dicta sua dissertatione*. Nec iudico alienum à Panegirico Virginis Columnæ intertexere encomia Cæsaraugustæ Ciuitatis; & Regni Aragoniæ, cuius domicilium Deipara elexit, vt naturalibus, & incolis patrociniũ tribueret, quod spero in meam protectionem, vt iustè scripta à me, defendantur, dùm vera sunt, & honorifica dicto Regno: non in vindictam aduersum Dealogestam me reprehendentem, non vt ab eo scripta deleantur, vt contrà me scripsit: sed vt rectè videantur, quæ delenda sunt,mea, vel illius scripta, vt rectè *Iustus Lipsius* scripsit *lib.de vna religione*; ibi: *Hæc omnia ad eos illustres ordines, & ad vestrum Tribunal deferimus, vt iudicetis tamen, non vt vindicetis vos (quorum id munus)me,meaq; authoritatis vestræ Clypeo tegite.*

*Ad nu.*28. ibi: *Dona mea firmius stabiliui.*

Experientia hoc comprobat tot miraculis relatis, & infirmis restituta salute,est enim salus infirmorũ,quia est *Stella matutina*,vt in Letania Deiparæ, præcedit salutatio Stellæ matutinæ; & subsequitur salus infirmorũ; & meritio, qui oraculo diuino, in Canticis comparata est, Maria auroræ consurgenti, ibi: *Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens*, Stella matutina, idem est, quod aurora, quando enim ex plaga orientali, aurora consurgit, seù Stella matitina, ac terram aspicit,statim Cœlum rorem emittere incipit, qua sata recreantur, fęcundatur terra, sanantur infirmi nocturni latrones conturbantur, & fugiunt, mittitque certum nuptium, quod propè est aureata lux Solis, hoc in Aragonensibus signum practicatur in Cappella Columnæ auroræ, in qua præcedit, in sacello salutatio Ecclesiæ, *Salue Regina*, & Letania, & subsequuntur sacrificia missarum, auxilia miseris petendo deuotis, vsque ad meridiem, & consequuntur stabilita, vide de miraculis concessis *Ioannem Franciscum Andres in Chronica Virgin, in Virgine del Pilar.*

*Ad nu.*29. ibi: *In Popolo honorificato.*

Congruit titulus honorificẽtię Ciuitati Cæsaraugustæ per excellentiã, quia vt noster *Suelbes* exponit, idest *Populo Israel*, & cũ *Deuther.* quærit, an sit alia gens sic inclyta? Et certè negatiuè respondendum est,vt ipsi tenet,

quia

quia in honoribus acceptis à summo Factore, æqualem non habet, vt de Israel testatur Rex *David psal.* 147. *vers. Non fecit taliter omni nationi*, abunde pete *à D. Io: Francisco Monte mayor de Cuenca in sua dedicatoria epistola fol.* 117. 118. *&* 119. *in tract. de nobilitatis inuestigat.* Regni *Arag.* vbi authores naturales, & exteros laudat, qui honorificentiam acceptam ab vtraque Maiestate Diuina, & humana publicant, acclamant, & extollunt: Ciuitas enim hæc honorata apparet à Deo summo factore, in erectione in ea facta primi Tẽpli Christianitatis totius: in quo duo magnalia recepit primum in assistentia personale, qua illa Ciuitas fuit honorata ipsius Deiparæ cum Apostolis Iacobo, & Ioanne, non solùm instantanea, sed per aliquos dies, vt refert, & comprobat *Magister Viuar. in comment. Flaui Dexteri ad ann.* 38. cuius verba sunt hæc, *Sic igitur credendum Deiparam, & Ioannem delatos, quidem Cæsaraugustam Angelorum ministerio, ibi tamen aliquos dies cum Iacobo egisse, priusquam Hyerosolimam reducerentur, curiosè Carillo in Chronica anno* 37. *D. Franciscus Montemaior vbi proximè fol.* 120. Secundum in permanentia ipsius Imaginis in dicta Ciuitate, in qua donã sua firmiùs stabiliuit, in Sanctuario Angelico, & Apastolico, ex merito fidei, & Christianitate ipsius, de qua testata fuit Virgo Sanctissima, nunquam deficere in ea Ciuitate filij sui venerationem, quæ in tot seculis comprobata est, & comprobant authores relati *à Murillo*, & relatos nouitèr *à Mendenz de Sylua in poblatione Hispan. in descript. Regni Aragon. c.* 2. quibus consideratis, rectè noster *Cuenca* firmat huic Ciuitati deberi titulũ Capitis Regni, & Regnorũ Coronæ, vt diximus *in obser. ad nu.* 27. & quod est illustrior Ciuitas in Hispania ædificatis, *D. Gundisald Cespedes, & Meneses in lib. histor. peregrin. cap.* 5.

Honorificata deindè est, Sanctorum innumerabilium Martyrum consortio; in Cenobio Regio Sanctæ Engratiæ Ecclesiæ PP. Sancti Hieronymi; Confessorum, Virginumque numero innumerabili relato *a d. Cuenca vbi supra* 125. sed fidei magnitudo, ex qua hæc Ciuitas Virginis consortium meruit, in eo depingo in spiritu diuino Regum, quo infideles exiliarunt à Regno, vt dixi *in decis.* 27. in quo etiã gloriosè se gessit Excellentiss. D. Ferdinãdus Ioachim de Requesens Marchio delos Velez in Orani Gubernio, nunc felicitèr in Regno Neap. Vicerex, & Capitaneus Generalis, referente D. Ludouico Iosepho de Soto maior in sua erudita relatione.

Descendamus ergò ad honores, quibus hæc Ciuitas à Regibus honorata est. Primum enim splendorem recepit ab Imperatore Cæsare Augusto, qui hanc redificauit Ciuitatem viginti tribus annis ante Natiuitatem nostri Redemptoris, proprium nomen ei tribuendo (abrogato primo de Salduua) quo hodiè gaudet, & tunc cum priuilegijs exemptionibus prærogatiuis Coloniæ: cui subijciebant quinquaginta municipia, vt testatur *ex Ramir. de lege regia* §. 23. *n.* 55. *Mendez de Sylua vbi prox. Ambros. de Moral Chronica de España cap.* 54. *Andreas Poza lib. de las Antig. poblat. de España vers. Salduba, Plinio lib.* 3. *hist. natur. c.* 3. *Murillo de las excelencias de Za-*

*ragoza c.1. Zurit.lib.1.c.44. Salacar de Mendoza dignidades de Castilla*, curiosus videndus *d.D.Franc.Montemaior de Cuenca in d. epist. dedic. in tract. de inuestigatione nobilitatis Regni Aragon.fol.*118. cuius talis fuit in hac redificatione cura, & specialis affectio cum personali assistentia, & erogatione, totius ferè erari illius, & consumptione, vt aliqui existimant causam ædicto generali Imperatoris præbuisse, quo vniuersus Orbis compulsus fuit ad descriptionem generalem pro solutione tributi (de quo loquitur *S. Lucas in Euangelio cap.* 2. in quo Sanctus Patriarca Ioseph; cum Maria Sponsa; contribuit,& rara res! vt testatur noster *Cuenca*) contribuit Deipara erogationi pro redificãda Ciuitate, quæ ab initio parata erat Sacro eius Templo, quod septem lustris post ea trãsactis iussit Iacobo ædificare anno 37. nostræ redemptionis,& rara res etiam est(in eius sensu) vt vniuersi Ciues orbis terrarum, contribuerent pro refectione impensi in tali refectione Ciuitatis, in qua Maria Deipara sibi tabernaculum elegit pro tutamine fidelium, vndè æquum, iustumque, vt fidelis, qui commodum patrocinij sentiunt in erogatione,& expenso concurrant,& contribuant. Ex quibus meritò hæc inclyta Ciuitas nemini secunda caput Regni Aragoniæ nuncupatur, vt *ex Rege D. Petro* tradit *Blancas in tract. de Coronat. Regum Aragoniæ lib.1.cap.*10. *fol.*121. ibi: *In Ciuitate Cæsaraugustæ, quæ est caput Regni Aragoniæ*; vt etiam testatur, fateturque *D. D. Raphael Vilosa in d. differt.*5.*nu.*136. *noster Suelbes vbi supra*, & ideò in Curijs, alijs Ciuitatibus Regni. Prima est in sedendo, & in cedendo, & in Curijs præest in Brachio Vniuersitatũ;& dùm aliæ Vniuersitates,Ciuitates,Cõmunitates, Villæ votũ habentes in Curijs, & Barsam in officijs Regni,cũ alternatiua in sorte:& Ciuitas Cæsaraugustæ absq;ea singulis annis suum Deputatum habet, & in officijs Iudicantium, & Inquisitorũ Iustitiæ Aragoniæ, & eorum Officialium, Iudicem certum, & Inquisitorem sortitum, vel electum obtinet; seruata forma *fori e porque* 11. *tit.forus inquisitionis*, de qua scripsimus *in nostro syndic.p.*2. *consider.*17. 18.*&* 19.; & in ingressu Regum in Ciuitate post Regem,primum locum obtinet; nàm ei, eiusque nomine Iurato en Cap(sic primus Iuratus vocatus).sola vna persona nomine Regis, siue ipsum repræsentans, eo præcedit, notat *Cespede vbi supra*, & in sedendo, & incedendo, caput enim est Regni Aragoniæ, quod etiam aliorum caput est Coronæ, vt *obser.*27. & quia Regi Aragoniæ vti tali plura competunt Regna; vt testatur *d. D. Io: Francisc.Montemaior de Cuenca in d. dedicator. fol.*6, & authores ab eo laudati; meritò *à Suelbes* vocatur Regnum Aragoniæ Corona Coronarum, vt extollit in hac panegirica oratione *nu.*27. & nos *obser.*27. Sed non immoremur, in hoc sistamus, & pro omnibus excellentijs huius Ciuitatis,ad nostrum *Didacum de Murillo* confungiamus *in tract. Excellentiarum Ciuitatis Cæsaraugustæ*, & indè discamus hanc Ciuitatem populum honorificatum talitèr esse, vt eius honorificentiæ in totum orbem sit extensa notitia, vt congruant ei verba *Dauid Psal.* 18. ibi: *In omnem terram exhibit sonum eorum, & fines orbis terræ verba eorum.*

*rum.* Et ibi tot sunt fideles, Martyres, Confessores, Virgines, Dei mirabilia, & testimonia diuinæ dilectiones, vt numero comprehendi nequeant, vndè Ciuitas, & Regnum fit *non plus vltra*, & nemini secunda Ciuitas Cæsaraugustæ à Diuina, & humana prouidentia honorificata.

Honorificata est etiam Ciuitas hæc, & Regnum, ex politito illorum Guberno, absque alio simili, Monarchia enim est, & si ex Aristrocatico, & Democratico participet, vt tenet *noster Cuenta in sua dedicatoria* sæpiùs allegata *fol.* 116. & *nos in nostro syndicatu p.* 1. *in prologo, & p.* 6. *insp.* 2. *in introduct. nu.* 9. *& per totam*, vbi latè expendimus huius Guberni excellentiam, & temperamentum, cum electione Iustitiæ Maioris, maiori securitate, quàm Efori, in Lacedemonia, Tribuni in Roma, Associati in Creta, vt testatur *Ludou. Martinez Zeuedo in allegat. Proregis extranei nu.* 114. qui similitudinem habuerunt cum nostro Magistrato Iustitiæ Aragoniæ, *Zurita l.* 2. *annal. cap.* 64. *Blancas in comment. fol.* 369. *qui l.* 5. *Sobrarbi electus fuit ad repellendas violentias Regis, & transgressiones fororum*, vt dixi *d. introduct. num.* 16: vbi alia petere de excellentia, necessitate, & vtilitate huius Guberni.

Honorificatur etiam in residentia necessaria huius Magistratus, & aliorum Regni, in dicta Curia Iustitiæ Aragoniæ omni tempore, quo Vassalli sentiunt grauamina à Ministris Regijs; & certis temporibus coram particularibus Iudicibus creatis, de quibus latè scripsimus *in dicto tractatu*, in duobus tomis, de syndicatu Iustitiæ Aragonum, eiusque Locumtenentium, & Officialium, in nouem partibus, diuiso.

Honorificatur etiã, Ciuitas in eius Guberno politico, quinque Iuratorũ, qui sorte sortiũtur singulis annis, septimo die Decembris, cum 35. Cõsiliarijs, & habent in caput, & tãquam Præsidentem Iudicem ordinarium; qui nuncupatur *Zalmetina* electum à Rege in singulis annis, vt in ordinationibus dictæ Ciuitatis legitur (& in Regno Neapolitano, hoc officium, Gubernatori correspondet) & quod maioris excellentiæ est, priuilegium, quod habeant Tribunal vocatũ *de Veinte*, vulgo cognominata *Ventena*, pro vindicandis grauaminibus, tortis, & iniurijs eidem Ciuitate factis, & illatis; concessum à Rege D. Alphonso 3. Febr. era 1157. cui correspondet annus 1119. quod fuit confirmatum à Rege D. Petro in Curijs, anno 1283. & à Rege D. Iacobo II. 1291. à Rege D. Petro IV. 1336. ab Imperatore Carolo V. 1534. quod refert *Molin. verb. priuilegium fol.* 265. *col.* 2. vbi *Portol. nu.* 30. *& à nu.* 57. *Ramirez de leg. reg.* §. 34. *Suelbes semic.* 1. *cons.* 22. *nu.* 1. *& in defensa priuil. de veritate*, quæ est in allegatione pro Ciuitate, in memoriali porrecto Philippo IV. el Grãde in anno 1644. quæ Ciuitas honorificatur valdè est laudanda, certè prouidentia, qua eo vtuntur priuilegio, quod ità rigorosum æstimarũt Deputati Aragonię anno 1644. vt contrà eum Regi supplicarent, inicum eum asserentes, in cuius defensione non parum laboraui; & cum alijs Aduocatis iuridicum memoriale firmaui in dicto anno, de qua disceptatione latè scripsit *Exc. D. Chrystopho-*

 *rus*

*rus Crespi de Valdaura in obseruat. 60. num. 3.* videndus *in q. 1. 2. 3. 4. 5. & 6.* quibus, in vsu huius priuilegij hanc Ciuitatem illustrat, & *nos in nostro syndicatu p. 5. insp. 2. consid. 71. nu. 60.* vbi ea, quæ sua solita doctrina, & eruditione longè explicat, ad breuem periodum reduximus.

Sed lector, si omnia priuilegia, quibus condecoratur hæc Ciuitas Imperialis; & alijs municipibus non concessa expendere volui in longitudinem notandam inciderem: quare his relatis, contentus sum duabus excellentijs eam honorificare, & Regnum, in quo Virgo Maria sedem collocauit suam, sic finem imponendo huic obseruationi; sola insinuatione Naturalium Regni, & huius Ciuitatis authorum, & scriptorũ, qui suis scriptis in omni scientiarum genere hanc Ciuitatem, & Regnum honorificauerunt; Quod certè adimpleo, remittendo lectorem ad nostrum *Vincentium Blasco de la Nuza lib. 5. annal. Ecclesiast. cap. 35. cum seqq. tom. 1. & to. 2. cap. 44. cum seqq. lib. 5.* & post eum ad nouissimam seriem, eruditamque scriptorum, relatã à curiosissimo, doctissimo, obseruantissimo D. Nicolao Antonio Ordinis S. Iacobi Æquite, Regiorum negotiorum in Vrbe, & Romana Curia generali Procuratore, qui Hispanos authores, qui vsquã, vnquamuè, siue latina, siue vernacula, siue alia lingua scripto aliquid consignauerunt immortalitati notitiam tribuit mirabilem varijs Iudicibus nominibus proprijs cognominibus officiorum, siue dignitatum, quibus fulgebantur materiarumuè, in quibus scripsere eos indigitat elogijs ornatos (quorũ omnium ipse solus dignus est) qui etiã seriem Aragonensiũ specialem posuit *in tom. 2. fol. 428. vsque ad* 431. & huius insignæ Ciuitatis scriptorum *in fol. 429.* collocauit, vltimo addendo notitiam eorum, qui ex incertis locis ortis originem duxerunt, & miro ordine de excellentia eorũ, qui immortalitati suis scriptis patriam honorificauerunt, curiosa retulimus *in nostro syndicatu p. 1. in prologo num. 79. & seqq. tom. 1.* sed altius pro honorificatione Regni huius, orationem suscipio, interrogatione curiosa facienda, sic *ex pluribus Regnis sub vna Corona comprehensis, quod dignus erit, quoque honorificum, quodque caput omnium?* Ex duobus certè hoc indicatur ex notabiliori nobilitate (quæ in virtutum vnione consistit, vt diximus *in decis. 31. num. 1. cum seqq.*) ex Sanctorum Cœtu magno, eorumq; natiuitate, & origine, de qua honorificentia testatur Maria Deipara ipsa infra *obser. 32.* ibi: *In plenitudine Sanctorum*; & vt Author exponit ibi: *Nempè in Congregatione, eorum innumerabilium Martyrum candidatu exercitus, aliorumque Sanctorum Cæsaraugustæ*, quorum series infinita est, & talitèr insinuata *à nostro D. Francisco Montemaior de Cuenca in suo tract. de nobilitatis Regni antiqua inuestigatione in dedicatoria ad Philippum IV. in epistola fol.* , *Blasco tom. 2. lib. 5. annalium Ecclesiast. quasi per totum, nos supra obser. 27.* Adde, quod plus est ex concursu in partibus Regni tot Imaginũ miraculosè apparitarum in circuitu Cæsaraugustæ, & in toto Regno, vt infra obseruamus *obseru. 30.* quas *Andres* recopelat *in Cronica Virgin. Appar.*

Secundò ex nobilitate incolarum, ex ea originem trahentium, de qua

excel-

excellenti nobilitate, decisa in infantionia, siue fidalguia Richa hombria nobilium Mesnadiorum Æquitum Mesnadæ, diximus *in decis.31.* & latissimè *D. Franciscus Montemaior de Cuenca in suo tract. summariæ inuestigationis originis priuilegiorum Riccorum hominum nobilium, Æquitum, infantionum, & Dominorum Vassallorum Regni Aragoniæ, & absoluta potestate, quam in Vassallis habent*; ex qua nobilitate, plura orta fuerunt priuilegia, de quibus ipse *Cuenca c.4.5.& 12.*& illis ex orbis, notabiliores homines facti fuerũt, & propriè nobiles dicti sunt ex Aragonia orti, quibus Ætimologia nobilitatis illis congruit, nobilis enim nomen intermedijs literis *ta* notabilis cognomen oritur *Cuenca d.tract.c.3.to.1.n.31.* vel alitèr dicti sunt *noti* nobiles, à verbo *noceo*, quia *noti sunt*; sed hoc nobilibus ricchis naturæ conuenit, quorum natura, filiationes, & matrimonia nota sunt, vt probatione non indigeant in processibus, sed allegatio sola est sufficiens, *Molin. verbo nobilium mortes, Cuenca vbi proximè*, de quorum dignitate, & excellentia talis erat, vt ipsi Reges, hos nobiles Reges vocabant, vt *ex Zurita, Cuenca* refert, huiusq; excellentiæ rationem tradit; & ab optima regiminis ratione, confidentiaq; eis concessum, vel non negatum ius absolutæ potestatis in suis vassallis, de qua *Ramirez de lege regia §.32.per tot. Cuenca vbi supr.* vbi alios laudat.

Altera honoris excellentiæ Populis huius est, & quod ipsius Regnum, aliorum comparatione excellens viditur, est, quod ipse, Reges generat; non tantùm dico creant, vt principio creauit; & in interegnis elexit; sed qui ex naturalibus nobilibus Regni nati sunt, ad hunc munus sunt idonei; in hoc enim omnibus Europæ nationibus nota est excellentia, vt ex Poeta tradit *Blasco de la Nuza lib.5.annal.cap.37.tom.1.Cuenca infra cit.fol.12.* Distico sequenti.

*Betica præbet æquos; Tauros Iarama superbos.*
*Illustres Castella Duces, Aragonia* Reges.

Quod moribus vita, & Regum Aragoniæ gubernis comprobant nostri, & exteri Chronistæ, & curiosè *D. Franciscus Montemaior de Cuenca in sua dedicatoria ad nostrum Philippum IV. in tractatu dicto de nobilitatis inuestigatione, & origine priuilegiorum* Regni *Aragoniæ, &c.* vbi seriem Regum 35. numerat à primo Rege electo D. Garzi Ximenez vsque ad Philippum IV. cognominatum *il Magno*, in *d. dedicator.fol.13.* colophonum adamus huius populi Panegirico. Quod ex nostro *D.Didaco de Saias nostro amico, & compatriota in suis annalib.c.18.pag.131.* tradidit, & nouissimè *Spectab.D.Raphael Vilosa in suo tract.de fugitiuis dissert.5.§.1.nu.141.* vbi sic ait: *De Aragonica natione, quæ est vna ex nationibus magis conspicuis, ex his, quæ sub Sole sunt maxima veneratione digna literis excellens, armis famigerata, vt testantur celebri viri, qui in orbe terrarum, ex Aragonico solo arma gestarunt literis, excoluerunt, adeò vt falces lucidas nulli iam orbi latentes, & eruditionis Hispanicæ vindices eos exclamare exigua laus sit, verèque dici potest Aragonenses omnium ferè gentium, ciues esse, nomen suorum* Regum *in longinquas nationes adorare*

*adorare fecisse plures, si quidem gentes contriuit, compulit, domuit, & imperio sui Regis parere assuefecit natio hæc insignis, & adeò constans in fidelitate extitit, vt non se à Regibus suis audierint Aragonenses vocem illam: Hæc est victoria, quæ vincit Mundum, fides vestra. Et ipsemet Carolus Quintus grassantibus sæditionibus; quæ communitates appellabantur ferè per totam Hispaniam; præterquam in Cathalonia, & Aragonia, dixisse fertur, omnia prospere euentura, supposito, quod Aragonenses, in sua fidelitate constantes permanebant.* Quod verè expertum iterum fuit, versus protectionem datam à Rege Gallico; inimico nostri Regis; Catalanis anno 1640. siue illorũ capiti D. Iosepho Margarit, cui obuiam, ità fecit fides, vt ea constantia huius nationis, palmam obtinuerit Rex noster Philippus IV. vt testatur *in foro anni 1646. tit. plaças para Aragoneses en diuersos Consejos*, quibus seruitijs, Regnicolas honorauit, Regnumq; exaltauit, gratiam, & munificentiam augendo, non diminuendo, vt iniustè crediderunt aliæ nationes; nàm fauorem in odiũ retorquentes, affirmabant enim Aragonenses dictis gratijs in foro expressis, alia obtinere nõ posse; nec alia appetere vti eis negata dicta gratia, in Regnis Neapolis, Siciliæ, & Mediolani, in Matriti, & Indijs, cui iniustæ credulitati, & iniusto iudicio contrà *texum* expressum *in l. quæ inutiliter ff. de adimendis legatis*, me opposui anno 1674. contraria allegata praxi, & ratione fundata, qua Regnum supplicationem prorexit Reginæ Mariæ Annæ Tutrici, & Gubernatrici nostri Caroli II. ob quod mihi Regnum gratias dedit epistola honorifica, cuius tenor talis est.

Al Doctor D. Iuan Chrysostomo de Vargas Machuca guarde Dios del Consejo de Su Magestad en el Supremo de Santa Clara de Napoles, &c.

*LA de V.m. de los 9. de Agosto reciuimos, con el memorial incluso para la Reyna nuestra Señora, y en su contenido reconocemos el grande zelo, con que discurre, y siente V.m. el disfabor, que se haze a los naturales de este Reyno en limitarles la capacidad de obtener Plazas en las Chancillerias, Tribunales, y Consejos de Italia, y otros, a las expressadas en los fueros de los años 1626. y 1646. baxo el titulo: De las Plazas en diuersos Consejos para naturales; el memorial con tan ciertos, y notorios exemplares prueua lo contrario, y que el Real animo del Rey nuestro Señor; que estè en gloria; fue que en estos puestos, y plazas huuiesse de precisso, vn Aragones ocupado, quedando los demas hables para todas las otras: Hallandose V.m. mas antiguo en las quatro Ruedas del Supremo, y Sacro Consejo de Santa Clara, y tan animado de seruicios; no serà justo el ritiro de aspirar al Collateral, y otros puestos de esse Reyno. Como nos insinua; ni el Señor Doctor D. Miguel Francisco de Vargas, y Machuca podrà escusar la representacion de sus meritos, y estudios para ocupaciones competentes al grado, en que se halla.*

*Para que la inteligencia de los Señores Virreyes de Napoles no impida los*

*acensos de V.m. y otros Aragonesses; procurarà esto Reyno tengan su sentido ingenuo, y no mal glossados los fueros de 1626. y 46. y daremos los ordines conuenientes en Madrid, supplicando se digne su Magestad, de que se ponga silencio en esta question. Al mismo assunto ayuda mucho el Señor Iusticia de Aragon el Señor Doctor D.Miguel Marta, que nos consta interpone su autoridad con los Señores Vicecanceller, y Ministros superiores de la Corte con afecto particular, hazia las conuenencias de V.m. y las del Señor D.Miguel su hijo. A entrambos se las conceda el Cielo en retorno, de lo que en esse Reyno acreditan nuestra nacion Aragonessa. Dios nuestro Señor guarde, y prospere à V.m. dilatados años. Zaragoza à 6. de Septiembre 1673.*

*Los Diputados del Reyno de Aragon.*

*Doctor D.Ramon de Azlor. D.Vincente de Sessa Lopez de Mendoza.*
*D.Miguel Alasanz, y Marta. D.Pedro Fernandez de Meros.*
*D.Francisco de Abendaño.*

*Iuan Miguel Perez de esso Secretario.*

*Señor Doctor D.Iuan Chrysostomo de Vargas, y Machuca.*

Ità declarauit S.M. suo decreto anni 1673. cuius memoriam mihi fecit Illustriss. D.Michael Marta Iustitia Aragoniæ litera tenoris sequentis.

R*Espondo a la de V.m. (dentro la Camara del Consejo, por que las ocupaciones de estos dias non dan tiempo para mas) y digo a V.m. que ya la Reyna nuestra Señora respondio a la Consulta, que hizo el Consejo, sobre que se dè cumplimiento al fuero de las Cortes del año de 46. en que ofreze emplear a los naturales de este Reyno en la plazas, y puestos, que en el se dize, y añade S.M. que se allà tanbien seruida de los Aragoneses, que no solo mandarà a los Consejos de Ytalias, y de Yndias le propongan los sujetos, que dispone dicho fuero sino otros mas; Conque en este decreto està ya decidido, que no por que en diches Consejos haya vn Aragones, estan excluidos los otros: y con esto cesarà la voluntaria oposicion, que hazen esos Ministros: de esta resolucion se hà dado quenta a los Diputados con carta de S.M. y han determinado responder, dandola las debidas gracias, y suplicando se sirua mandar se ponga luego en cumplimiento, y para que esto se adelante ordenan al agente, que incesantemente lo solicite, que es quanto podemos desear para su entero complemento: Dios guarde a V.m. muchos años. Zaragoza y Deciembre a 16. de 1673.*

*B. l. m. de V.m.*
*Su mayor seruidor*
D.Miguel Marta.

*Señor D.Iuan Chrysostomo de Vargas Machuca.*

Est enim horũ gentium natura, excellẽtiarumq; quarũ retulimus numerum, origo, quod Aragonensium Genium, non est superbia notatum; imò contraria humilitatis virtute condecoratum valdè, non imperandi desiderio

derio abiectum; sed obediendi superioribus virtute exaltatum: quod ex Historijs cõprobatur, ab origine, in principio Regni, tẽpore quo animose, blelicoseq; post deploratam amissionem Hispaniarum in dictione infidelium existentiũ, ipsi Aragonenses in Montium cauernis reclusi, & absconditi, simul deindè congregati, vnitiq; in numero competenti, ab ipsorũ Barbarorũ Maurorũ potestate se suis liberauerunt armis: & in Sobrarbi Regno dictionem habentes, Regum condecorati titulo, & diuiso in 12. senioribus, Richis hominibus vocatis nolentes Democratico Gubernio imperare, Monarchicum elexerunt, simulque Regem vnicum, cui obediendi necessitatem haberent nominarunt, *Garci Ximenez* nuncupatus, certis pactionibus, quibus ab eo Rege acceptatis, imperium, & coronam obtinuit; vt habetur in legibus Sobrarbi historia à nobis insinuata *in syndicatu nostro in prologo primi tomi*, & pleniùs *in p.1.insp.2.in introduct.nu.9.* de quibus *Blancas in comment.Aragoniæ rerum fol.*24.287.298.& 325. quam historiam notoriam refert *Cuenca in d. tract. de inuestig.nobil. Regni Aragon. in dedicat. ad Philippum IV. Regem fol.*13. *& in introductione operis fol.*1.2. 3. *&* 4. Vndè quia de Regibus, Aragonenses, facti se fuerunt vassalli voluntariè exaltationem meruerunt, & habuerũt à Rege, Regibusq; successoribus concedentibus in premium seruitutis, & vassallagij foros fauorabiles, vsus, & consuetudines, quæ libertates vocantur in Regno, quibus alia Regna carent, quoniam Reges, ex vassallorum electione guburnium, & coronam non habuerunt, sed ab iusta armis acquisitione, aliouè titulo non æquali Aragonensium, & de obedientiæ exaltatione altissimum videbis meritum infra *obseru.*30.

*Ad nu.*30. ibi: *Et in partes.*

Assistentia enim Virginis non solùm in ea parte Regni (in sacra hac Ciuitate Cæsaraugustæ, in parte; vbi ab Angelico Choro posita est in columna sacrosãcta Imago, & in qua pedes suos posuit viua Deipara; firmata, munitaque est defensio) sed per partes, & mœnia Ciuitatis, vt circumdata extat, demoni se opponens astutiæ versus Christianos, obuiando enim opposita est omnibus insidijs, sicut enim ille; vt Apostolus testatur: *Tanquam Leo rugiens omnes circuit homines, quos deuoret*; ideòq; fratres fideles admonet, & consulit resistentiam in fide; sic Deipara Maria in hac fidelissima Ciuitate suam assistentiam posuit, & diuisit in partibus in muris dictæ Ciuitatis ad præsidium Christicolarum, & hominum illius, vt rectè possimus dicere, quod in partibus dictæ Ciuitatis, & hæreditatis illius, circuit honoratos Ciues, & incolas ad defendendum eos à tali insidia, malignitateque communis inimici demonis, à qua sola, nominis, ipsius inuocatio nos liberat, ob quod non sine misterio in Zona, Zodiaci, Virginis signum mediat inter illud Leonis, & Libræ ea de causa, quoniam per Leonem demon inimicus, & accusator generis humani significatur; per Libram verò iuditium finale, quo virtutes, & crimina bilancia ponderantur, & hoc, misterium magnum est, quod Libra immediata non sit

Leoni,

Leoni, vt iniustus ipsius rugitus audiatur immediatè: sed mediante Virginis signo, per quem Maria significatur; ea enim mediatrice seueritas Libræ, siue iudicij tẽperatur; vt remotæ quasi voces Leonis sine temperamento non audiuntur. Virginis enim pietas crimina temperat, & magni Leonis iram inauditam reddit, mitigat, & mansuescit, quod ad propositũ ponderat *Rubeus de validitate legali in dedicatoria ad Deiparam Mariam*, vndè rectè in Cæsaraugusta, quasi Castrorum acies ordinata, per partes stabilita, & diuisa Templa sunt posita dictæ Virginis, & constructa ad defensionem dictorum fidelium Cęsaraugustæ Templorum, circumferentiæ bellicæ forma. Primum Templum Virginis Mariæ est cognominatum *del Portillo*, in porta occidentale dictæ Ciuitatis (sic vocata; ex causa stupendi miraculi versus Mauros successi, tẽpore proximo, quo Ciuitas à Saracenis recuperata fuit ab Alphonso Rege, & Imperatore) ædificatum in defensione dictorum Ciuium, in męnijs dictæ Ciuitatis (cuius miraculi casus fuit) Nàm Mauri, & Saraceni in mœnia irruentes Ciuitatis, à latere ab ipsis perfosso, dùm somno cederent Ciues, defensi à Deipara fuerunt, quod concinnè sequentibus carminibus pernarratur ab altero Dominico Andres nemini secundo.

*Id quod Aragoneis quondam quoque contigit oris:*
*Cæsaream namque Augustam vastauit ad Vrbem,*
*Millia Maurorum, quot vidit Iberia nunquam,*
*Dum ciues rerum ignaros, curisque diurnis,*
*Fessos, immemoresque sui sopor altus habebat.*
*Mane cadaueribus fusis stupuere per agros,*
*Innumerabilibus, Virgoque sedebat in Vrbis*
*Mœnibus effractis, quà fortè patebat hiatus*
*Hostibus: illa Vrbis nàm mœnia Virgo colebat.*
*O, fortunatam tantis sub mœnibus Vrbem!*
*Et fortunatos Ciues, Vrbisque colonos*
*Maxima quos ornant de Cœlo munera, quorum*
*Est Virgo excubitrix, & propugnator Olympus!*

Illustrantque naturales, & exteri, vt sunt *Doctor Iacobus Prades in lib. apparition. de las Imagines lib.* 3.*c.*9. §. 1. *D. Iuan Anriax. in lib. de nuestra Señora de Codes de la Villa de Viana cap.*9.*fol.* 41. *Hieron. de Blancas in vita D. Alphonsi el Guerriero fol.* 143. *Carillo in lib. Sancti Valerij fol.* 143. latè *Murillo in lib. de las excellentias de Zaragoza tract.*2.*cap.*31. *Blasco in Cronic. Ecclesiast. tom.*1.*lib.*2. *Ioan. Franc. Andres in Cronica Virg. fol.*29. optimè demum coronatur hoc miraculum antiquo vetustissimo stegmate dictę Ciuitatis, vbi depingitur portio quædam muri cum ianua sub ea Leo, in arcu coronato ad girum protracto sequenti vers. *Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ*, refert *Blasco vbi proximè, Io: Franc. Andres Vztarroz Coronista Regni Arag. in Cronol. Virginum c. Virgen del Portillo fol.*29. *Blancas relat. ab eodem*. In cuius defensione, miraculosa appari-

tione, fuit posita dicta Virgo, de qua curiosè *Blascus de la Nuza histor. Ecclesiast. lib. 1. c. 28. & in Capitulis lib. 2. 3. & 4. Cuenca vbi prox. fol. 122. Blancas in commentarijs.* Secundum Templum est, Virginis *de la Sagrada*, extra muros in parte etiã occidentali cũ Imagine miraculosa, antiquissima, etiã venerata, tempore tirannorũ, & Maurorũ, *Blasco vbi sup. cap. 37. Io: Franciscus Andres in Cronica Virginum appar. fol. 12. Virgo de la Sagrada*, qui affirmat esse antiquissimũ, de tempore *de los Godos*, sanctuarium insigne: apparitionis modus ignoratur, sed non miracula, antiquitas illius, raram, & mirabilem indigitat rem, ex antiquitate vocata fuit (eius hermita *la Antiga*) sed post consagrationem D. Petri Torrejas Episcopi Cæsaraugustani anno 1168. fuit dicta *la Sagrada*, & à Pontificibus fuit decorata indulgẽtijs; in grauissima inundatione causata à fluminibus *de la Guerba*, & *Iberi* fuit intacta, & antiquum huius miraculi vestigium, refert idem *Andres in Cronologia Virgin. apparit. fol. 23. de anno* 1214. Tertium Templum Imaginis cognominatum *de la Cugullada* extra mẹnia in parte septemtrionali, de cuius miraculosa apparitione, nomine, Imagine, & miraculis, vide dictum *Ioannem Frãciscum Andres in cap. Virginis de la Cugullada, Blasc. tom. 1. lib. 5. cap. 35.* & de illius miraculosa apparitione simplicissimæ fœminæ, à qua vẽdita cum fuerit, reperta iterùm in loco apparitionis, fuitq; inuenta duobus vicibus, cuius causa, & alijs miraculis poẹticum certamen factum fuit, quod sollemniter decantauit, & prẹlo dedit deuotus Ioãnes Yribaren de Plaza dicatum Capitulo Metropol. Sancti Saluatoris, quod refert curiosè *Andres post Chronologiam Virginum anno* 1644. vbi dictamen nostrum, quod Virgines vti Castrorum acies sint ordinatæ, ad nostræ Ciuitatis munimen comprobatur, curiosis syluis, glosis, cancionibus, & sonectis. Quartum Templum Virginis *del Olibar*, in ipso muro Ciuitatis moderno (in Cẹnobio PP. Dominicantium, dicto *de Predicatores*, quæ vocatur *del milagro*, de quo hodiè curiosè *Andres fol. 43.* refert mirabilia ad differentiã Virginis loci de Estercuel Baronia Villẹ de Montalban, de qua *Blasco vbi proximè cap. 33.*) & extrà antiquũ, de cuius Templi ædificatione, & apparitione, vide eũdem *Io: Franciscum Andres*. Quintum Templum (miraculosa apparitione nõ inuenta) est Virginis Sãctissimæ *de las Massas*, extra antiqua mẹnia, & in moderno muro in parte meridionlali veneratæ Cultu RR. PP. Sanctæ Engratiæ Religionis Diui Hieronymi, quæ in ea parte cum exercitu militum Sanctorum Martyrum Ciuitatem Cẹsaraugustæ, & incolas illius defendit, omni defensione, de quibus *Blascus, & Cuenca vbi proximè*, ex quibus rectè sanctificata, & munita muris Hyerusalem cumulo, & circuito tot Virginum, & Sanctorum, ad quorum comprehensionem, incomprehensibilis est guarissimus ipse totus, qua de causa innumerabiles vocantur Martyres: suntque etiam ad prædictam protectionem plura Templa Imaginum distributa per totum Regnum, de quibus latè *dictus Ioannes Franciscus Andres*, & quia de his sanctissimis Imaginibus

vnius

vnius rari miraculi relationem posui *in decis.27.nu.16.* ibi remitto lectores, & *ad Blascum lib.3.cap.7.tom.1.* quòad alia miracula aliarum Virginum nostri Regni Aragoniæ, quoniam locus iste breuitatem petit, videantur tantùm historicos dicti Regni Aragoniæ, *Blasco in indice tomi 1. verb. aparicion, & verbo nuestra Señora,* & signanter *d. Andres in Cronica Virg. appar.*

Et respectu totius Christianitatis, deuotione fidelium considerata in solo nomine sanctissimo *Mariæ*; sola in hac parte Mundi Europę mille, & amplius Templa à Catholicis erecta aspiciuntur (præter illa, quæ summa deuotione in Hispania *sub nomine protectionis Mariæ*, in Regnibus acquisitis bello à D. Iacobo Primo cognominato *el conquistador* XIV. Rege Aragoniæ constrũcta reperiuntur, sunt enim plusquam duo millia Tẽpla, vt testatur noster *D. Franciscus Montemaior de Cuenca in dedicat. ad Regem Philippum IV. in d.tractatu summar.nobilit.inuest.fol.36.*) in solo Regno Aragoniæ extra miraculosas Imagines reperiuntur triginta, quarum in diuersis seculis apparitiones refert *D. Ioannes Franciscus de Andres*, & sunt sequentia.

| Anni Natiuit. D. | | Virgines. | Loca Apparit. |
|---|---|---|---|
| XXXVII. | 1 | VIRGO COLVMNÆ nuncupata del Pilar. | Cæsaraugustæ. |
| DCXXVII. | 2 | Virgo de Cugullada | Cæsaraugustæ. |
| DCXIIII. | 3 | Virgo de la Sagrada | Cęsaraug. Vico. Moncalbar. |
| | 4 | Virgo de Tobet | Tobet locus Calatajubi. |
| | 5 | Virgo de la Peña | Calatajubi. |
| | 6 | Virgo de Xaraba | Xaraba locus Calatajubi. |
| | 7 | Virgo de Ciguela | Torralba locus Calatajubi. |
| M.C.X. | 8 | Virgo del Pueio | Barbastri in Monte Peiro. |
| M.C.XIX. | 9 | Virgo del Portillo | Cæsaraugustæ. |
| | 10 | Virgo de la Sierra | Villa Roia locus Calatajubi. |
| M.C.LX. | 11 | Virgo de Veruela. | Veruela in Cenobio Cisteri. |
| M.C.LXXXII. | 12 | Virgo de Xixena. | Xixena. |
| | 13 | Virgo de Salas | Hoscæ. |
| M.CC.XIX. | 14 | Virgo del Milagro | Cæsaraugustæ. |
| M.CC.XIX. | 15 | Virgo del Olibar | In termino Villæ de Esterquel. |

| | | |
|---|---|---|
| M.CC.LXXXIII. | 16 Virgo de Magallon | Leciñena. |
| M.CCC.XII. | 17 Virgo de la Carrafca | in Villa de Bordon. |
| M.CCC.XLIX. | 18 Virgo del Prado | Viuel de la Sierra locus Calatajubi. |
| M.CCC.LXXIV. | 19 Virgo del Campo | Camillar locus Turoli. |
| M.CCCC.IV. | 20 Virgo de la Zarza | Aliaga. |
| M.CCCC.LXXXXII. | 21 Virgo de Fornoles | Fornoles Vico Alcañiz. |
| M.D.IV. | 22 Virgo de Herrera | Herrera Comunit. Doricæ. |
| M.D.XXVI. | 23 Virgo de Mõte Sãcto | Villar luengo. |
| M.D.XXXIX. | 24 Virgo de Gracia | Frafneda. |
| M.C.LXIX. | 25 Virgo de Sancho Abarca | Taufte |
| | 26 Virgo de Lagunas | Carinena. |
| | 27 Virgo del Efpino | Alcala de la Selba. |
| | 28 Virgo del Tremedal | Origuela. |
| | 29 Virgo de Buen aftre | in Villa de Quinto. |
| | 30 Virgo dela Pineta | in Vielfa in ripa fluminis Cinca. |

Hæ funt Sacræ Imagines apparitione miraculofa, quibus Regnum ditatur Aragoniæ, quas refert nouiffimè *Andres*, & licèt plures infinuet *Cuenca vfque ad nu.* 50. *in loco citato fol.* 123. hæ funt certæ, aliæ æftimantur tantùm miraculofæ, quæ funt in Cæfarauguſta, & in Cęnobio Sanctæ Engratiæ Virgo *de las Maffas*, cuius nomen indicat miraculum; vnionis cineris Corporum Sanctorum cum fanguine eorum, quibus maffæ, fiue glebæ compofita ex cinere, & fanguine conferuantur in Puteo certo exiftente in magnifica via cognominata *calle del Coffo*, dicta fic ex tirranica intentione crudelis Daciani, qui vt dicta impediretur Corporum Sanctorum, veneratio igne iuffit ad cineres reducere Corpora Sanctorum; mixtione facta; cum cadaueribus fceleratorum hominum, qui ob fua delicta vltimum fuppliciũ paffi fuerunt, & in dicto loco Cruce fumptuofa pofita fub facello colũnis magnificis circũdato cãcello ferreo, ex omni parte libero Crucis afpectu Corpora venerantur, iuxtà Portam vocatam à cinere *Cinija* in dicta Ciuitate continuò, & folemni proceffione in die 3. Nouembris, à qua via publica iter alter terminatur in dicto facro Cęnobio Martyrum, vbi immemorabilia funt Corpora, quæ alio puteo venerantur eodem die cum dicta folemnitate, dicta autem via traditione ęftimata fuit facra, & pro fanguine Sanctorũ Martyrum habita, à Pontifice, quodam qui Aragonenfi ei petenti in Vrbe reliquiam magnam, aliam non dedit ei, nifi quam ipfe reuerfus in patriam, terræ à dicta via particulam tradiderit dicto Pontifici, quo facto cum dictus deuotus Cæfarauguſtanus reuerfus ad Pontificem petitamq; terram in eius manu poneret, conuerfa fuit in fanguinem, vndè

Pon-

Pontifex dixit, accipe reliquiam, à te desideratam, teste *Carrillo in Vita Sancti Valerij*.

In Cenobio Sancti Francisci in dicta via est Virgo *de los Angeles*: ædificium mag nificum, non dùm completum sustentans miraculosè; Angelico Choro, sub choro Templi magnifici.

Virginis del Popolo in Parochiali Sancti Pauli.

Virginis Cesaraugustæ veteris, de quibus omnibus curiosam Poeticam relationem fecit; deuotissima Soror Elisabeta Garcia Monaca Cenobij Sanctæ Fidei dictæ Ciuitatis; in quadam Sylua, quæ quia defensionem depingit totius Regni Aragoniæ; & nostrum dictamen ipse eam trado, & in defensionem Cæsaraugustæ à Deipara præelectæ continuare placuit Syluæ tenorem.

*EN el Augusto suelo,*
*cifra inmortal, teatro magestuoso*
*de quantos el radiante Dios de Delo*
*en todo el Orbe registrò blasones;*
*de quantos en humanas perfeciones*
*prodigios merecieron glorias sumas,*
*a quien blancas espumas*
*del Ebro caudaloso.*
*son de su muro en la arrogancia altiua.*
*barbacana de plata fugitiua.*
*Aqui, pues, sobre vn Iaspe*
*vario Epiciclo, la inconcusa Aurora,*
*para sus rayos erigio flamantes,*
*donde en filial destello de incessantes,*
*luces, de beneficios,*
*al Iberio Orizonte*
*se vinculo perpetua Protectora,*
*i en vna, i otra Aparicion, influxos*
*a tanto desempeño destinados,*
*goza Aragon sus celicos agrados.*
*Primitiua influencia*
*de su materna fue piedad gloriosa,*
*la inuencion milagrosa*
*de Efigie suya, a quien con voz suaue*
*canora señalò cristada aue,*
*a femenil empleo; de las flores*

*huespeda, siendo en la mansion amena,*
*de intacto albor, albissima azuzena;*
*cuyos aplausos este feliz dia*
*assuntos son de metrica armonia.*
*Sobre el Cesareo muro*
*dilatò sus armigeros fulgores,*
*Belona Celestial, Palas diuina,*
*contra Agarenos perfidos furores,*
*a luzes belicosas confundiendo*
*en silencio marcial, vn sordo estruendo;*
*para cuya memoria a las edades*
*en su retrato, que dexo precioso;*
*sobre la piedra assiste de vn Portillo,*
*de toda Iberia singular caudillo.*
*La que el ramo de Oliua,*
*( mistico anuncio de la paz humana)*
*traxo en su pico de marfil, i grana*
*sobre vn Oliuo se ostentò en Imagen;*
*en ella eternizando su renombre,*
*del piadoso Milagro con el nombre:*
*del Populo, los Angeles, i Massas,*
*con otras de Maria aduocaciones,*
*en su feliz distrito vfana goza*
*vnico objeto suyo Zaragoza.*
*El Moncayo eleuado*
*piramide de nieue,*
*que su primer sudor al Alua beue,*
*esfera cana yace de aquel puro*
*candor, eterno en ampo indefectible:*
*i en eminente cumbre imperceptible*
*de la Misericordia,*
*con el dulce apellido, la que encierra*
*quantas de Dios el hombre solicita,*
*en culto Nicho venerada habita.*
*De la dichosa Herrera*
*honrò esta Aurora a los robustos Pinos;*
*bolando hasta Paniza, qual sagrada*

*Aguila Real de Estrellas coronada,*
*i en Magallon, Tobet, Pueyo, Ciguela,*
*en Ipas, en Bordon, Salas, Beruela,*
*en la Pineta, Peña, Oliuar, Campo,*
*en Xaraua, Sagrada, Zarza, i Vega,*
*en Lagunas, Fuen-ſanta, i Monte-ſanto,*
*ſe venera ſu bulto ſacroſanto.*
*De Villa-Roya iluſtre,*
*ſagrado centro es la feliz Sierra,*
*que el Virgineo eſplendor deuoto encierra,*
*en cuyo Templo ſanto varios ſiglos*
*Las mudas lenguas del metal ſonoro,*
*ſeis vezes las pulsò, no mortal mano*
*mas ſi, del Cielo impulſo Soberano;*
*vaticinando en ecos lamentables*
*los daños que oi nos dicta la experiencia*
*del eterno poder juſta violencia.*
*Eſtos, ò Reino inſigne,*
*Eſtos, Ciudad Auguſta,*
*i otros muchos virgineos ſimulacros,*
*en tantas de Maria Apariciones,*
*que al numero le apueſtan tranſgreſsiones*
*a vueſtros timbres, timbres acrecientan;*
*oi, pues, que en tantos males ſumergidos*
*a vrgentes penas os mirais rendidos,*
*afianzad en Maria la eſperanza,*
*de la que ya afectais dulce bonanza.*
*I en eſpecial afecto.*
*en el deuoto excelſo ſantuario*
*deſta, que a un aue le deuiſteis tierna.*
*imaculada luz, de luz eterna;*
*ſiendo vueſtra memoria.*
*perpetuo emporio de tan alta hiſtoria;*
*i vueſtra voluntad ſiempre feruiente.*
*rindiendo tiernamente*
*en atencion los pechos inflamada,*
*a la intacta Deidad imaculada.*

Et ferè ſemper in qualibet Eccleſia Chriſtiani orbis eſt aliquod ſacellum huic ſacratiſſimo nomini dicatum, & talis eſt horum numerus, vt ipſe guariſmus incõprehenſibilis ſit,& quid mirum;cùm certus ſit de victoria, sẽper, qui hac duce pugnat, & qui eius nomine munito certat Mariæ palmas cõſecutas in bellis, vidimus *obſ.6.* qui Virginem Mariã inuenit bona omnia ſua erunt affluẽtia omnium gratiarũ,ſperet ille,qui ſub alarũ illius vmbrarum ſtationem feliciſſimam inuenit,inter alias cauſas, quare Chriſtianorum pietas Sabatum in Mariæ venerationem ſtatuit, & dedicauit ea mihi viſa fuit, vt ſpe vera ad Dominicæ diem, & feſtum perueniat; vt ſic intelligam ad felicitatem peruenire æternam Paradiſi, qui per Mariam id intendat, ſic quibus Cœli porta clauſa eſt, feneſtra, quæ eſt Maria, *Cœli feneſtra facta eſt*, aperta erit, totius enim Virginis clementia eſt, vndè optimũ deſiderium,vt ſint Cœlorum plures portæ,inferniq; nullæ, quia in illis nulla eſt redemptio, & ipſa eſt refugium peccatorum, Filius ipſius, noſterque Redemptor, eamque mediatricem quæramus cum Patre, in die iracundiæ,& ſi mediatorem quæris,opus eſt mediatore,ad mediatorem iſtum, nec alter vtilior nobis Maria, *Bernard.ſermon. B. M.* ibi: *Signum magnum quidquid illud eſt, quod offerre paras Mariæ cmeõndare*,& meritò vt eodem alueo ad legiſlatorem gratiæ, gratia reddeat modicum iſtud, quod offerre deſideras grauiſſimis illis, & omni acceptatione digniſſimis Mariæ manibus tradere cura, ſi non vis ſubſtinere repulſam, *idem de aqua ducta in Natiuitate Diuæ Mariæ*, ideò *idem ſermon.3. de Natiuitate*, vt periculum repulſe vitemus conſuli, vt ad Mariam confugiamus, qui nihil nos habere voluit, quod per manus matris non tranſiret, qui redempturus humanum genus pretium, in matre contulit vniuerſum, in hoc procul hæſitatio ſit, niſi fortè, aut non creditur filium matrem honorare,aut dubitare, quis poteſt omninò in effectũ charitatis tranſire Mariæ viſcera,in quibus ipſa,quæ in Deo eſt charitas,nouem mẽſibus temporaliter requieuit,eiuſdẽ sũt verba,& *idẽ in adu.ſerm.2.* ibi: *Deterreant crimina noſtra non fugit ſpes ad ipſum per te aſcendere, qui per te ad nos deſcendidit, per te venire in gratiam ipſius, qui per te in noſtrã miſeriam venit*; idem *in dicto ſerm. In illud ſignum magnum, quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? nihil auſterum, in ea, nihil terribile, tota ſuauis eſt, omnibus offerrens lac, & lanam.Rebolue diligẽtius euangelicæ hiſtoriæ ſeriem vniuerſum* (titubãtem ortatur mellifluus) *& ſi quid fortè increpatorium,ſi quid durum,ſi quod denique ſignũ, vel tenuis indignationis occurrerit in Maria; de cætero ſuſpectam habeas,& accedere verearis*; Certus non audax ſuadet, ideòque ſemel, & iterùm dixit *in ſermon.4. de Aſſumptione Beatæ Mariæ*, verba ſequentia: *Sileat miſericordiam tuam Virgo beata, ſi quis eſt,qui inuocatam te in neceſſitatibus ſuis,ſibi meminit defuiſſe, quis meminit vnquam?* Iure ergò petitionis effectum ſperare debemus, quin de merita ſpem ambiguant interpoſitam, idem ait: *In meditatione Salue Reginæ*,poſt *dictum ſermon.4.*verba ſequentia: *quis non ſperabit in te*, qui etiam adiuuat deſperatos? vt *Io:Franc. Andres* notat in mira-

culoſa

culosa Imagine Miraculi, vulgò *del Milagro fol.* 45. *Non dubito* (verba sunt *Bernardi*) *quod si ad te venerimus, habemus, quod volemus*; concordat *Diuus Anselmus de excellentia Virginis cap.* 12. vndè enixæ deprecare debemus, & de pietate sperare Deiparæ, cum ei non sit imposibile, sic ait: *Quidquid tu Virgo velis, ne quaquam fieri non potest, etenim data est tibi omnis potestas in Cœlo; & in terra, & nihil tibi impossibile, cui possibile est, desperatos in spem salutis releuare; aciedct illiud reconciliationis altare, non solum rogans, sed imperans, Domina non Ancilla.* Denique vt *in Apocalipsi cap.* 9. *dicitur de filio tuo, omnia per ipsum facta sunt*; (tui assertione *Anselmi*) dicitur de te, *omnia per ipsam facta sunt*: Quid dicemus, si in hac columna ab eadem Virgine Deipara omnia prædicta promissa sunt? non minus quam Diuo Iacobo Hispanorum protectore, duplici vinculo sperare debent Hispani, & signanter Cæsaraugustani Celtiberi auxilium, & protectionem promissam in omni tribulalione, angustia, & necessitate; si enim omnibus nationibus Christianis, Maria extra conlumnam (contractu cum Iacobo non quasi ligata) consolationis effectum tribuit ex sola nominis inuocatione, vt desuper dictum est, desperare nunquam debemus nobis inuocationem in columna Matris profuturam, iubet enim filio, vt Domina, non vt Ancilla; licet hoc titulo; adquisiuit NOMEN MARIÆ, si credito Riccardo de Sãcto Laurentio relato à Reuerendo Patre Ferdinando de Herrera in sua Penegirica oratione de Sacratissimo nomine Mariæ prædicata in secunda Dominica Nouembris anni 1660. in Cęnobio Prædicatorum Dominicæ Religionis, & Sanctissimi Rosarij Ciuitatis Limæ in noua Hispania, vbi originem Imperij in Maria Sanctissima dimanare affirmat, ex quo Ancilla fuit primò, Trinitatis Diuinæ, in quo nomen Iesus, & nomen Mariæ æquiparantur. Quærit enim, vndè Filio nomen Iesus venit, cui Apostolus respondit, *Ex quo exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, & habitus inuentus, vt homo propter quod, & Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genuflectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum.* Apostoli verba suadent, vt Mariæ nomen inferior sit, quia nomen Iesus, est super omne nomen, verùm est; sed quia paritèr Deipara Maria, vt Filius formam serui accepit, ipsa enim Ancilla se facta fuit Gabrieli Diuinæ Trinitatis Oratori, offerendo se diuinæ voluntati obediens, & humilis, in illis verbis: *Ecce Ancilla Domini*, rationis identitate, æquale debet esse nomen, æqualis potentia, idem imperium, consequentiamque infert *Riccardus* relatam *dicta oratione fol.* 166. ibi exinaniuit se (exemplo filij) Beata Virgo Maria, formam Ancillæ accipiens, propter quod, & Deus exaltauit illã, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine ipsius *Mariæ* omne genuflectatur cęlestiũ, terrestrium, & infernorũ; quis ergò maior sit nomen *Iesus*, aut *Mariæ*, opportunè quærit *Riccardus*, quoniam est verum, quod vnicum debet esse nomen, quod est super omne nomen, non duplex, & ideò statim dix it, *post nomen Filij sui*. Vndè in excellentia nominis consortes videntur *Iesus*, &

*Maria*,

*Maria*, & in Regno Aragoniæ magnum *Columnæ* immobilis nomen, in qua, vnà coluntur Mater, & Filius, vt *ex Lezana* supra diximus, & quoniam, ex vnica ratione sublimitati excellentiam, & altitudinem nominis habuerunt, ex obedientia, ibi, *Christus factus est obediens*, quæ etiam in Maria perfulgens fuit, ibi, *Ecce Ancilla Domini*, consortes fuerunt, & Diuina voluntate Mariæ data est omnis potestas, quia quem Cœli capere non potuerunt, ipsa suo gremio contulit, & quemadmodum de Filio dicitur, *Omnia per ipsum facta sunt*, sic in assertione *Anselmi*, *Omnia per ipsam facta sunt*, vna tantùm litera addita *A.* qua nomen Mariæ incipit, & perfecit Tu ergo Regina, cunctique medilla reatus fac (*ò Benedicta inuentrix gratiæ, Genitrix vitæ, Mater salutis*) vt per te *columnæ* deuotos, qui per te datus est illis, quos sic sibi, fide ab ea Apostolo promissorum effectũ cõsequantur, sicut enim *ò Beatissima, vt omnis à te auersus, & à te desperatus, necesse est, vt intereat, ità omnis ad te conuersus, & à te respectus impossibile est, vt pereat* ex *Anselmo in meditatione orationis Mariæ, tu illa*, legimus enim *in Chrysostomo apud Simonem Vrrepeum in precation. pijs cap. 9.* quod non est auditum à sęculo, quemquam ad tua currentem præsidia tua implorantem auxilia, aut tua petente suffragia, à te derelictum.

*Ad num.* 31. ibi: *Hæreditas illius.*

Obserua reuelationem Venerabilis Mariæ de Iesus supra relatam, in qua legitur Templum hoc, ibi ædificandum iussisse Apostolo Deiparæ, vt sit illius hæreditas propria: sed Author altius versiculum hunc extollit, & considerat in Beatitudine Populi Cæsaraugustani: ideò ab ea honorificato, de qua honorificatione diximus supra *num.* 29.

*Ad nu.* 32. ibi: *In plenitudine Sanctorum.*

Plenitudo hæc conuenit sine secundæ Ciuitati Cæsaraugustæ, quæ enim excellentior in plenitudine Sanctorũ est? curiosè plenitudinem hãc obseruat *Cuenca vbi supra fol.* 121. 122. *& seqq. Blasco in diuersis capitulis Historiarum Ecclesiasticarum in* 1. *&* 2. *tom.* & est nota toto Orbi in multitudine Martyrum, quorum palmas, Regni expensa coluntur in dicta Ciuitate in die 3. Nouembris cum processione generali deuotissima, quæ exit à Metropoli Ecclesia, in Sanctissimam Crucem, vulgò nominata *del Cosso*, vbi Puteum sanguinis Martyrum extat veneratum, & in Ecclesia Sanctæ Engratiæ, siue Sancti Hieronymi à dictæ religionis Patribus aliud Puteum, in quo dictorum Sanctorum Martyrum, & à fidelibus dictæ Ciuitatis; deuoto accessu, & ferè quotidiano cultu, ad quem Sanctus ille Agricola, Lambertus, cum martyrio coronatus; capitis decollatione; eius caput à terra manibus accepisset, miraculosum iter fecit proprijs pedibus à loco martyrij in dictũ Puteum, quatuor miliarijs distante, qui accedente ad dictũ puteum extollente versiculum *Psalmi* 149. cantauit, *Exultabunt Sancti in gloria*: & reuoluto lapide, apertoq; sepulchro: responso

San-

Sanctorum Martyrum,cōplementum Psalmi dixerunt: *Et letabuntur in cubiculis suis*, diuinitus in eo quieuit, in dictorum Sanctorum societata lapide iterùm, vt primo erat existente, ex quo sola Ciuitas dicitur rectè sanctificata; & ei accommodantur *Psalmi* alterius verba 147. *Non fecit taliter omni nationi. Cuenca, & Blasco citati.*

*Ad nu.*33. ibi: *Detentio mea.*

Exponitur dictio hæc ab Authore,*idest mansio per gratiā*,quia in Imagine representatur viua,& māsionem promisit Virgo sacrosancta;cū tacita conditione intellecta; quod fideles manserint cum Sanctissima Virgine in fide promissorum,vndè modo,quo discipulis dixit Filius magister,Maria promisit Cæsaraugustanis;*Ioan.cap.*14.*Si manseritis in me*,dixit Dominus, *& verba mea in vobis manserint , quodcumque petieris fiet vobis*; hac fide supposita, mansio promissa est, quæ in Cæsaraugustanis existere negari nequit, ex quo non solùm mansio: sed permansio per tempus 16. seculorum, & plus adimpleta est, eaq; experiamur quotidianis beneficijs, protectionibusq;continuatis,in salute infirmorum,mortuorum resurrectione victoria contra infideliū; & turbantiū quietem Regni totius,sola inuocatione nominis Colūnæ,in qua Deiparæ permanētiam habemus miraculis roboratam;nulla enim temporū calamitas ab hac felicitate nos separauit in tot seculis,& ab hac promissa permanentia,& assistētia.Prima successit in infidelium possessione Regni in tot seculis,vsque quo ab Alphonso Imperatore anno 1318. recuperata fuerit Ciuitas Cæsaraugustæ à Maurorum dictione, & tirannide, imò ( clementia Virginis) post hanc inuasionem incolumis mansit Ciuitas, miraculo stupendo,Virginis del Portillo in anno sequenti, & in tot seculis reuerentiata, & Diuino Cultu venerata fuit dicta Sacrosancta Imago, & iuxtà vocem dictæ Virginis Oraculi in historia *num*.1. relati mansionem prædictam non defuit; quid mirum ipsa, vt promissa adimpleret,fidem seruauit illęsam Ciuibus, tali concussa labe infidelium . Et quod Maurorum rabiè Demon expugnare non potuit; iterùm sub anno 1450. igne reponte exitato,ædem sacram, pone ad cineres redegit : sed cum Maria sit Rubus incombustus ; & verbo dato Apostolo Iacobo, quasi teneretur, inter lapides etiam combustos dignum ipsius simulacrum incolume in columna inter flammas remansit;& in ipsius Deiparæ maius munimen, cum inter incolas augeretur fides , & veneratio, exausti Templi ampliori forma redificatione aucta fuit ( & si monumentis, quibus innitur noster Chronista *Vincentius Blasco de la Nuza historiarum Ecclesiasticarum tom.*2. *lib.*5 .*cap.*10.; vbi nouam Templi formam depingit; credendum est)ex vetusto ibi eracto stimatum lapide pietate ascendentium familiæ nuncupatæ *de los Torreros*; eiusdem Vrbis;hæc felix erogatio tribuenda est . Vltima temporis calamitas in ipsorum seculorum cursu consideratur , cum plures quam decem , & sex seculis iàm peractis, ipsius Virginis Imago minima demolitione offensa reperiatur, sed in pristino statu, quo à Cœlo missa fuit columna, & Imago Angelicis

Cho-

Choris ducta Christiano Cultu manifestetur incolumis, & si materia, ex qua conflata fuit, linea sit, signum hoc est, quod thesauri cœlestis materia sit, quod neque erugo, neque tinea demolitur.

Hæ obseruationes, & me, Mariæ Christiferæ, inter Deũ, & homines sequestræ desperantium firmæ spes, miserorum refugio, portui naufragantium, ductrici errantium, illuminatrici cœcorum, vniuersi fulgentissimo luminari, Cœli, terræque Imperatrici, in laudem tui simulachri tibi, filioque tuo dico, & consacro, quia ad filium sine te peruenire non valeo, & vt per te, eius benigno præsentetur aspectui, & sit certa, grataque receptio, opus enim est mihi, te mediatricem supplicare, sententia Bernardi tui melliflui, cuius & consilio est, Mariæ commendare, quod filio offertur, vt eodem albeo ad legislatorem gratiæ redeat modicum istud, quod offerre desidero, grauissimis illis, & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus trado, vt Filij non substineam repulsam, offero enim Matri, vt Filio offerat, eritq; oblatio mea tuta, & securè ad Filiũ ibunt obseruationes hæ, & ipse, quæ iàm multis annis, vt Aduocatus tui Tẽpli sacratissimi, tuorumq; Cappellanorum in dicto tuo Templo obseruaui, & scripsi; non vt in publico iudicio exponerem; sed vt memorię fragilitati, deuotioniq; consulerem; posteà verò laborem hunc in fructu alijs esse posse animaduertebam, vt deuotio erga te augeretur, recipe libentèr, quia supplex offero, quod deuotè obseruaui, ex sententia Chrysostomi, animatus ad te Virgo Virginum! *O Mater Iesu Christi confugio, ad te curro, ad te venio, coram te gemens, & tremens peccator assisto. Noli Verbi Mater.* Seruum tuum, Aduocatumque despicere, quia clientulus tuus sum, & Aduocatus seruorum tuorum, accipe munusculum, meq; repræsenta filio tuo gratum, semperque conserua; & perducito tandem incolumen in illo instanti, à quo pendet æternitas, cui cum Patre, paraclitoque, & tibi sit laus æterna. Amen Amen.

# FINIS.